quam illi sermonem blandum aut placitum locutus est. Cum autem transiret sedentibus alijs senibus tenuit manum eius. et dicit ei tertio. Salueris. Salueris. Salueris. Et tradidit illum senibus dicens. Iste non homo sed angelus est qui tot annis mihi infirmanti nec tamen bonum sermonem audire fecit obsequium cum magna patientia. **¶** Abbas Bgathon veniens in civitatem de opera sua venderet invenit quendam peregrinum iacentem in angiporru infirmum. nullum habentem qui ei curam adhiberet. Et permansit ibi sener et conduxit sibi cellam. et ex opere manuum suarum prestabat infirmo illi obsequium. Permansit autem ibi mensibus quattuor donec sanaret infirmum. Et sic ad cellam suam regressus est. **¶** Quidam magnus lenex infirmanti discipulo suo dixit. Ne contristeris fili ex infirmitate vel plaga corporis tui. Summa enim religio est ut in infirmitate quis agat deo gratias. Si ferrum es per ignem et ignem amittis. Si vero aurum es per ignem probatus a magnis ad maiora venies. Ne anxieris ergo frater. Si enim deus te vult in corpore torqueri tu quis es ut eius potestati resistas aut moleste feras. Sustine ergo et roga deum ut que ipse vult illa concedat. **¶** Sene qui cum frequenter infirmaretur corpore et langueret. contigit ut vno anno nulla eum egritudo contingeret. Et propterea flebat et graviter ferebat dicens. Reliquisti me domine. et noluisti me presenti hoc anno visitare. **¶** Dicebat de quodam sene. quia cum moreretur in scithi circumsteterunt fratres lectum eius. et vestierunt eum et ceperunt flere. Ille autem aperuit oculos suos et risit. et adiecit iterum ridere. hoc autem factum est tertio. **¶** Quod cum vidissent fratres rogarunt eum dicentes. Dic nobis abba quare nobis flentibus tu ridebas. Et dicit eis. Primo risi quia vos timetis mortem. Secundo risi. quia non estis parati. Tertio risi quia a labore ad requiem vado. **¶** Hec cum dixisset clausit oculos in mortem. Abbas pammon in ipsa hora quando transiebat iam de corpore dixit alijs viris sanctis astantibus sibi. quia ex eo quod veni in hunc locum solitudinis et fabricavi mihi cellam et habitavi in

ea extra manū meā labore non recolo me comedisse panē neq; me locutū fuisse s; monem que; me ptulisse peniteret vsq; in banc horam. Et sic vado ad dominū quomodo qui nec initiū seruiendi deo adhuc fecerim. **R** **A**bbas agathon dum moreretur per tres dies oculos apertos tenuit nō eos mouens. fratres autē tangentes eū dixerunt. **U**bi nūc es abba. **A**t ille dixit. **I**n conspectu iudicij dei sto. **E**t dicunt ei frēs. **N**unquid et tu times. **Q**uibus ille respōdit. **I**nterea quātū fuit ad virtutē meā semper considerauī vt mādata dei mei facerē. **S**ed homo sum et vnde scio si opera mea dō placeant. **C**ui fratres dixerunt. **N**on cōfidis i opera tua quia s; deū sunt. **A**t ille rēdit. **N**on confido in conspectu dei. quia aliud est iudicium dei. et aliud hominū. **A**bbati Syloio cum tps dormitionis eius aduenisset et multi alij senes conuenissent: viderūt faciem eius fulgore quodā radiantem. **E**t dicit eis ipse. **E**cce abbas antonius venit ad nos. **E**t post parū ait. **E**cce et choruz pphetarum. **E**t iterū facies eius clariores luce aspersa est. **E**t dixit eis. **B**eati q; apostoli affunt. **V**isusq; est cum quibusdā loqui. **C**um ergo postularēt ab eo patres vt euz q; bus loqueret ediceret. **A**t ille. **A**ngeli inq; venerunt auferre animā meā. et supplico illis vt paululū me pro penitentia agenda sustineant. **D**icūt autē ei patres. **T**u iam nō indiges agere penitentiam abba. **A**t ille respondit. **I**n veritate dico vobis quia nec initiū penitētie me reminiscor arripuisse. **E**x quo dicto senlerūt q; in timore dñi esset pfectus. **T**unc in splendore solis effigie relucente eius dicit ad eos ipse. **V**idete videte quia dñs venit. **I**n hoc sermone red dīto spiritu omnis loc; ille grato odore repletus est. **S** **B**eatus arsenius dum tempus eius vt migraret de hoc seculo approximaret dicebat ad discipulos suos. **N**emo super me faciat charitatē nisi i sola oblatione. **E**go si feci charitatē inuenio illā. **T**urbatis autē discipulis eius quasi iaz tēpore ppinquante dicit eis. **N**ec dum hora mea venit. cum autē venerit nō tacebo. **S**ed tamē stabitis meū ante diuinū iudicij. si

alieni de meo corpusculo aliquid velut reliquias dederitis. **I**llis autē respondētibus. **E**t quid faciemus pater. quia nescim; hōminem sepelire. **R**espondit ille. **N**unquid nescitis funē in pedib; meis mittere. et ita me ad montē trahere. **P**ili autē oculoꝝ eius ex iugi fletu ceciderāt. **N**ā p omne temp; vite sue sedens et opans: pannū in sinu suo habebat ppter lachrymas defluētes ex oculis eius. **D**ñi ergo moreretur cepit flere. **E**t cū fratres illius requirerēt dicētes. **Q**uid fles pater. nunquid et tu times. **I**lle respōdit. **I**n veritate timeo. **E**t iste timor q; nūc mecum est semp in me fuit ex quo factus sum monachus. **C**ū autē vidisset abba poemē quia transijt dixit. **B**eatus es abba arseni quia te tantū in hoc seculo planxisti. **Q**ui eū hic se non planxerit illic se lugebit. **A**t ergo hic ex voluntate aut illuc p tormētis impossibile est hominē non plangere. **A**bbas Daniel narrauit de eodē beato arsenio quia nunq; voluerit loqui de questionibus scripturarū. cum magnifice posset si voluisset. sed neq; eplam cito scripsit ad aliquē. **Q**uando autē ad conuentū veniebat post columnā sedebat ne quis videret faciē ei; et ne ipse aliquē videret alium. **E**rat autē visio eius angelica sicut iacob capillis canis et ornatus. elegans corpe siccus tamē. **H**abebat autē barbā prolixā omnino attingētes vsq; ad ventrē eius. **L**ongus autē erat s; senio longinquo curuatus. **M**oritur annorū nonagintaquinque. **H**ic fecit in palatō diue memorie theodosij maioris q; fuit pater archadij et honorij annos quadraginta. **E**t decem annos in loco q; dicitē trooin sup; babiloniā q; ciuitate; que v; memphis. **E**t tres annos i canop; alexandrie. **A**lios duos ānos reuersus itē i trooin. et ita dormiuit i pace psummas cursū suū. **V**ir bon; et spūscō plenus et fide. **B**eat; athanasij ep̄s rogauit aliquā abbatē pammon vt iret i alexandriā. **Q**ui descendens cū fratrib; cū vidisset q;sdam seculares dicit eis. surgite et salutate monachos vt bñdicamini ab eis. **F**req̄nter em̄ isti loquūt cū deo. et os eoz sanctū ē. **E**t cū vidisset ibi mulierē theatricā lacrimat; ē. **E**t req̄siet astātes cur plāget; **A**t senex

respondens dixit. **D**ue merces ad has lacrimas cōpulerunt. **U**na quidē perditio illius mulieris. **S**ecunda vero quia ego tantam curā nō habeo placendi deo quantāz habet hec mulier ut hominibz turpibus placeat.

**D**e quodā sene dicebatur. quia quotiēs illi sua cogitatio dicebat. dimitte hodie et cras penitebis. ipse iterū respōdebat. **N**ō ita sed hodie debemus penitere et cras voluntas dei fiat in nobis.

**Q**uidam ex patribus de aliquo referebat episcopo eo qd audisset duos de plebe sua viros nimie puritatis adulteros. **R**ogavit ergo deū. ut si ita esset ostenderet. **C**ū ergo post oblationem consecratā vnusquisqz ad cōmunionē accederet singulorū facies intelligebat et animos. **P**eccatorū enim facies nigras inspiciebat ut carbonem. et oculos eorū sanguine repletos. alios vero vidit clara facie et vestibus albis indutos. **C**um autē corpus domini suscepissent in quorundā vultibus lumen. in quorundā flāma videbat. **E**t autē agnosceret de illis quorū crimina audiebatur cōmunionē illis porrerit. et vidit vnus ex eis clara facie et honorabili albisqz vestibus circūdatum. **A**lterū vero nigrū et horribili vultu. **E**t postqz diuini gratiaz mysterij perceperunt illum vis quedam illustrabat. istum vero aliū quasi flāma succēdebat. **O**rabat autē episcopus de singulis que ei ostensa fuerant se doceri. **A**stitit autē angelus domini dicens ei. **O**mnia que de ipsis audisti vera sunt. sed ille vnus in sordibus suis permanet et in voluntate peccandi. ideo illum nigra facie et flāma succendi vidisti. **I**lle vero alter similis ei quidā erat sic audieras. sed ideo illum clara facie illustrari vidisti. quia recordatus de his que primū fecit abrenunciāns illis malis operibus cū lachrymis et gemitibus dei misericordiam postulabat pmittens qd si p̄terita ei fuissent remissa peccata ulterius ad eadē non rediret. **E**t ideo prioribus deletis criminibz ad hanc gratiā quā vidisti peruenit. **C**um autē episcopus gratiā dei miraretur eo qd nō solum de tormētis tam turpis vite hominem eruerit. sed etiā tanto honore decorauerit. respondens angelus dixit. **B**ene miraris.

homo em̄ es. **N**am dominus nosler ac vester naturaliter bonus et humanus est. celsis sanctibus a peccatis. penitentibz em̄ se p̄ cōfessionem non solū peccata dimittit. s3 etiā honore efficit dignos. **S**ic em̄ dilexit deus hominem ut vnigenitū suū filiūz. p̄ peccatoribus destinaret et p̄ ipsis daret ad mortem. **Q**ui ergo dum inimici eius essent morti p̄ ipsis elegit. quāto magis quādo illi p̄ p̄riant. **H**oc ergo scias quia nullum peccatum humanū bonitatē dei vincit. si tātm̄ modo p̄ penentiā vnusquisqz ea que p̄fecerat aboleuerit mala. **M**isericors enim deus et infirmitatē generis vestri scit. et passionū fortitudinē. et diaboli virtutē vltimā liciam. et cadentibz quidem hominibus in peccatū tanqz filijs indulgēs expectat em̄ dationem. penitentibz vero tanqz languidif comparit. et mox soluens peccata eorūz infortiorum illis etiā premia tribuit. **A**udiēs vero hec episcopus miratus est nimis. et glorificabat deum.

**A**bbas paulus simplex habebat hanc gratiā ut ingredietes in ecclia aspiceret. et ex ipsa facie eorū vnuscuusqz cogitationes seu male essent seu bone sentiret. **C**um ergo venissent ad ecclesiam. et ingrederētur sener vidit eos clara facie et leto animo ingredi. et angelos eorū pariter cum gaudio cū ipsis. **U**nū autē nigrū vidit et nebulosum habentē corpus. et demones hinc atqz inde trabentes eum ad semisso freno in naribus. et angelum sanctū eius a longe sequentem tristem. **B**eat⁹ ergo paulus cepit flere et pectus suum tondere. sedens ante ecclesiam propter eū quez talem viderat. **O**mēs autem aliqz senes videntes eum sic flentem ceperunt rogare ut si quid in ipsis vidisset manifestaret. aut cū eis ingrederetur in congregationem. **I**lle autem volebat ingredi sed semper flebat ppter eum quem sic viderat. **P**ost paululū autem cum absoluta congregatione discederent iterum omnium vultus circumspiciebat si tales egrederentur quales ingressi sunt. et vidit illum quem ante vidit nigrū et nebulosum egressum de ecclesia clara facie et candido corpore. et demones a longe sequentes eū. sanctū autē angelū ei⁹ p̄ eū

bilarem et gaudentē sup euz nimis. Tunc paulus exurgens cū gaudio vociferabatur benedicens deū ac dicens. Quanta miseria cordia et benignitas dei est. quanta miseria tuo eius est. Et ascendēs in altiorē locū magna voce dicebat. Venite et videte opera dei. venite et videte quēadmodū vult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Venite adoremus euz dicentes. quia tu solus potes peccata tollere. Cum autē omnes cōuenissent exposuit eis paulus quid vidisset anteq̄ ingrederentur in ecclesiā. et que postea. et petebat illū fratrem quē sic viderat vt ei manifestaret cogitationes suas et actus. vel quēadmodū tantā cōmutationē illi deus donasset. Ille autē ante omnes cepit referre dicens. ego sum homo peccator. et in multis temporibus sum deditus. Ingressus autē nūc in ecclesiam dei audiui verba Isaie p̄phete. magis autē dei per ip̄m loquentis. Lauamini. mūdī estote. et tollite malicias de animabus vestris ante conspectū meum. Discite benefacere. querite iudicium. Et si fuerint peccata vestra tanq̄ coccinū. velut nix dealbabitur et si volueritis et audieritis me bona terre comedetis. Ego autē miser et fornicator cōpunctus in hoc sermone p̄phete. et ingressus intra pectus meū dixi ad deū. Domine tu es qui venisti saluare peccatores. hec igitur que nunc per prophetā promissisti. opere cōple in me indigno peccatore. Ecce enī ammodo profiteor tibi. et ex toto corde profiteor. quia hoc vltius non faciam malum sed renuncio omni iniusticie et ammodo finio tibi in conscientia munda. Ab hodie igitur domine et ab hac hora suscipe me penitentem et adorantē tē et renunciantē omnibus peccatis. Iuravi et statui apud me seruare omnes tuas iustificationes. Sub hac ergo sponsione egressus sum de ecclesia. statuens apud me nihil de prioribus peccatis vltius facere. Tunc omnes senes exclamauerunt dicentes ad dominū voce magna. Quā magnificata sunt opera tua domine. omnia in sapientia fecisti. **¶** Abbas ioseph bel dūm cū alijs senibus ad abbatem poemenem venisset. quidā ex parentibus pre-

dicti senis attulit infantē. cuius facies per corruptionē fuerat deprauata. et sedēs patris eius cum eo foris monasteriū plorabat. Cum autē vnus senex ad vocē flentis egressus esset. et interrogaret eum cur ploraret. Ille respondit. parens sum istius abbatis poemenis. et ob hoc veni vt hunc infantem quē temptatio cōterit vidisset. et timuim⁹ illum bucafferre. Et nunc si cognouerit quia hic sum ad buca expellit me hinc. Ego autē videns vos patres qui ad eum venistis p̄sumpsi venire huc. Quomodo vis ergo abba miserere mei. et tolle infantē hunc et defer intus tecum vt oret pro eo. Quē euz senex attulisset in cellā sapienti vsus consilio non illum obtulit primo abbati poemeni. sed a minoribus fratribus incipiens dicebat. Signate hūc infantē fratres faciētes orationem rogans per singulos senes. post omnes detulit illum ad abbatē poemenem. At ille nolebat eum contingere. Cū autē rogarent eum vt sicut omnes ita et ille oraret. exurgens senex ingemuit et orauit dicens. Deus sana facturam tuā ne dominetur illi inimicus. Et signauit infantē. moxq̄ patri sanus est redditus. **¶** Requisite quidā ex patribus si perfectū bonum esset egestas respondit. Magna est penuria. Nam qui eam voluntarie sustinet tribulationē quēdem carnis habet. anime vero sue inuenit requiem. **¶** Quidā frater requisit senem dicens. Si paucos nūmos mibi debet frater inbes vt repetam eos. Cui senex ait. Semel tantūmodo dic illi cum humilitate. At ille dixit. Quid si semel dixerō et nihil mibi dederit. quid faciam. Tunc senex ait. Vltimius nihil ei dicas. At ille dixit. Et quid faciam. quia non possum vincere cogitationem meam. nisi fuero illi importunus. Dicit ei senex. Dimitte cogitationem tuā et crepare tantūmodo ne contristes fratrem tuum quia monachus es. **¶** Quidam frater requisit senem dicens. Quomodo potest anima humilitatem adipisci. Ille respōdit. Si tua tantūmodo et non alterius mala cōsideret. Dicebat autē quia p̄fectio hominis humilitas est. quātumcūq̄ enī de posuerit se homo in humilitate tantū p̄ficit in altū. Sic

enim superbia si ascenderit in celum vsqz ad inferos deducit. ita humilitas si descenderit vsqz ad inferos tunc exaltat vsqz ad celos. **¶** Abbas macharius dñi ambularet in deserto caput cuiusdā hominis aridum inuenit in terra. Quod postqz baculo suo conuertit vocem visum est emittere. **¶** Senex quidnā esset interrogat. **¶** Ille respondit. Ego quidē princeps eram sacerdotum idolorū qui in hoc loco habitabāt. tu autē es abbas macharius spū diuino repletus. quacunqz effi hora miseris eorum fueris qui in pena sunt et p eis oraueris cōsolationem aliquā sentiūt. Cui senex. Et que est consolatio vestra vel pena respōde. **¶** Ille altius ingemiscens. Quantū inq̄t celum distat a terra. tantū ignis est altus in quo medio sumus a pedibz vsqz ad caput vndiqz perfusi. nec cuiqz licet faciē alterius intueri. sed facies nostro dorso coniuncte sunt. **¶** Cū ergo oras p nobis ex parte videm? alterutrum. et hoc nobis p cōsolatōe cōstat. **¶** His auditis lachrymas fudit dicens. **¶** De diei illi in quo homo mandata dei trāsgressus est. **¶** Et iterū ab eo si esset altera pena maior inquit. **¶** Cui ille respondit. **¶** Sūt nobis alij multo inferius. **¶** Cūqz qui essent illi interrogaret dixit. **¶** Nos quidē qui deū non cognouimus misericordiā quantācūqz patimur. illi vero qui cognitū negauerūt grauioribus et ineffabilibus penis subitis nos cruciatur. **¶** Quibz auditis beatus macharius capite altius terre defosso discessit. **¶** Quidaz frater requisit a senex dicens. abba cura demonibz grauiter impugnamur. **¶** Respōdens senex dixit. quia arma nostra projicimus a nobis. id est patientiā. humilitatem mansuetudinē atqz obedientiā. **¶** Quidaz frater requisit abbatē sysoium dicens. **¶** Putas abba. si modo nos psequitur diabolus sicut antiquos patres. **¶** Respondit. **¶** Magis modo homines psequit nōstre etatis. qz appropinquant penaz genera. vbi ille cum legionibz suis angustat dum scit stagnum vbi cū igne et sulphure erit arsurus. **¶** Ideo hominibz infestat. nec tantū infirmos quosqz appetere dignatur quos vbi voluerit cito subuertit. s3 fortes magis et magnos sup

plantare p diuersa precipitia aggreditur. **¶** **¶** Quidam fratres requisierunt abbatem Siluanum per quam viam adeptus esset tantam prudentiam. **¶** Respondit eis ille dicens. **¶** Nunqz dimisi morari cogitationes malas in corde meo que deum prouocaret ad iram. **¶** **¶** Beatus Antonius dicebat. **¶** Si possit fieri quantos passus ambulet monachus. vel quot calices aque bibit in cella sua. habet declarare senioribus vt non deuietur in ipsis. **¶** **¶** Abbas Doemen dixit. **¶** In nullo sic gaudet inimicus quomodo in illo qui non vult cogitationes suas manifestare. **¶** **¶** Quidam frater dixit ad senem. **¶** Ecce abba. frequenter interrogo seniores patres. vt dicant mihi cōmonitionem pro salute anime mee. et quidquid dixerunt mihi nihil retineo. **¶** Erāt autem seni duo vasa vacua. **¶** Et dicit ei senex. **¶** Glade et affer vnum ex illis vasis et mitte aquam et laua illud et effunde. et pone nitidum in locum suum. **¶** Fecit ergo ita frater semel et bis. **¶** Et dicit ei senex. **¶** Vtrūqz vasa simul affer. **¶** Et cū attulisset dicit ei. **¶** Quale est ex vtriusqz mundius. **¶** Respondit frater. **¶** Vbi aquam misi et laui. **¶** Tunc senex dicit ei. **¶** Sic est et anima filii que frequēter audit verba dei. **¶** Quis nihil retineat ex his que interrogat. tamen plus mundatur q̄ illa que non requirit. **¶** **¶** Quidam senex dixit. **¶** Quando opa bona exercet monachus. veniens dyabolus locum non inuenit in eo et statim discedit. **¶** Si autem malum opus exercet veniens frequenter spiritus dei et videns malum opus nō ad eum accedit sed recedit. **¶** Si autem ex toto corde iterū requisitus fuerit cito reuertetur. **¶** **¶** Quidam senex dixit. vsqz tunc debet laborare monachus vsqz quo possidet at christum. **¶** Qui autem semel illum adeptus fuerit iam non laborat. **¶** Permittit tamen dominus laborare electos suos vt rememorentur tribulationum labores vnde semetipso custodiant timentes ne tantos labores amittāt. **¶** Nam et filios israel ideo deus per desertum quadraginta annos circumduxit vt rememoratis tribulationibus non redirent retrosum. **¶** **¶** Quidam frater interrogauit senē dicens. **¶** Dic mihi p̄

quare nunc laborantes monachi non accipiunt gratiam sicut antiqui patres. Cui senex dixit. Tunc tanta charitas erat ut unusquisque proximum suum sursum traheret. nunc vero postquam charitas refrigit totus mundus in maligno positus est. singuli proximos suos ad inferiora deducunt. et ideo sic gratiam non fortimur. **Q**uidam frater requisivit senem dicens. Putas abba cognoscunt sancti viri quando venit in eos gratia. Respondit senex dicens. Non semper cognoscunt. Nam cuiusdam magni senis discipulus cum peccasset in aliqua re iratus senex dixit ei cum clamore. Uade et morere. Et statim ille cecidit et defunctus est. **C**umque senex vidisset eum mortuum timor ingens irruit super eum. et cum magna humilitate oravit rogans deum et dicens. Domine iesu christe resuscita illum et iam ulterius sine consideratione tale non loquar sermonem. Et cum hec dixisset statim surrexit discipulus eius. **A**bbas poemem dixit. homo qui alios docet et non facit ea que docet similis est fonti alto qui omnium res lauat et omnes satiat potu. se autem ipsum lauare non potest. sed habet et immundicias et sordes limorum. **I**ste dixit. Doce aiam tuam seruare quam lingua tua alios docet. **Q**uidam anachoreta cum venisset ad abbatem poemem. suscepit eum senex cum leticia. Et cum se alteruterum amplexi fuissent cepit anachoreta de scripturis sanctis et de rebus celestibus conferre. Tunc senex vertit faciem suam ad alium fratrem. et non dedit anachorete responsum. Ille vero videns quod non loqueretur cum eo egressus est tristis et dicit discipulo eius. Sine causa labore tanti itineris assumpsi. ut venire ad eum qui mihi loqui dedignatur. **I**ngressus autem discipulus ad abbatem poemem dixit. Propter te huc venit abba iste homo magnus. tanta gloriam in locis suis habens. et tu non vis loqui cum ipso. Respondens senex dixit. Iste homo de superioribus est. et celestia loquitur. ego autem de inferioribus sum et terrena vir loqui possum. **S**i mihi locutus fuisset aliquid de passionibus monachi. forsitan et ego respondissem illi. **S**i autem de celestibus loquitur ego me nescire confiteor. **E**gressus ergo discipulus dicit ad anachoretam. Senex iste non

ster non vult de altioribus questionibus loqui sed si quis ei de passionibus locutus fuerit respondet illi. **A**t ille compunctus in hunc sermone ingressus ad senem dixit. Quid faciam abba. quia dominatur mihi passiones cordis mei. Tunc senex respexit eum gaudens et dixit ei. Vado bene pater venisti. **A**perio ergo os meum et implebo illud bonis tuis. **E**t hoc sermone adiutus est anachoreta. et dixit. **I**n veritate bona est hec via quam tenes et vera. **E**t agens seni gratias reuersus est in propriam regionem. **Q**uidam senex dixit. **S**i quis autem de scripturis autem de quacumque causa locutus fuerit ne contendat cum eo. sed siquidem bene dicit contenti ei. si vero male dicit ei. Tu scias quomodo loquaris. **A**t apostolus. **N**oli contendere verbis. **H**ec observans et humilitatem possidebis et odium euitabis. **N**am si persistas contendens et vis defendere sermonem tuum nascetur scandalum. **F**requentem ergo dum laudas alterum fit etiam ex iustificatione contentio. **D**e quacumque autem re grauiter contendis non paruam noxietatem senties. et nullo modo requiem possidebis. **M**agis autem stude silentium. et de nullo es sollicitus. **A**tende meditationi tue. tam mane quam vespere. et impetum inimicorum non timebis. **Q**uidam frater interrogauit senem dicens. **U**squequo est obseruandum silentium pater. Respondit senex. **U**squequo interrogaris. **I**n omni enim loco si taciturnus fueris requiem possidebis. **A**bbas pater mon dicebat. **S**icut apis quocumque vadit mel operatur. ita et monachus quocumque pergit si propter opus dei perrexerit dulcedinem bonorum actuum semper potest perficere. **A**bbas mutus venit aliquando de loco qui vocatur ragitham in partibus gebulonis. **E**rat autem cum eo etiam discipulus eius. **U**idens autem eum episcopus loci illius tenens eum inuitum presbyterum fecit. **E**t dum pariter comederet dicit ei episcopus. **I**ndulge mihi abba. scio enim quia hunc honorem nolebas. sed ego a te benedictione desideras hunc presbiterum facere. **C**ui senex per humilitatem ait. **E**t mea cogitatio parum volebat. si hunc laborem quod diuidi habeo a fratre quem mecum est et solus

non sufficio orationes meas implere. Dicit ei episcopus. Si scis enim esse dignum ordino ego et illum. Respondit abbas mutues. Si quidem dignus sit nescio. unum autem scio quod meliorem me est. Ordinavit autem et illum. Utrique tamen ipsi ita permanserunt usque ad finem suum ut non minus ad altare quantum ad oblationem sacrificandam accederet. Unde dicebat senex. Confido in deum meum. quia non habeo grande iudicium propter hanc ordinationem. quia oblationem non mihi presumpsi offerre. Nam ordinatione hoc illorum est qui sine culpa sunt iusti et immaculati. Ego autem bene me cognosco.

**¶** Quidam frater beati machariuz postulabat ut ei sermonem diceret quem posset saluari. Cui senex ait. Oportet fugere homines et sedere in cella. et pro peccatis iugiter lamentari. et quod super omnes virtutes est tam lingua cohercere quam ventrem.

**¶** Abbas Arsenius dum adhuc secularis in palatio moraretur oravit dominum dicens. Domine ostende mihi viam per quam possim salvari. Et audiuit vocem dicentem sibi. Arsenius fuge homines et saluaberis. Cum ergo recessisset in solitudinem et eundem sermonem oraret rursus audiuit sibi vocem dicentem. Arsenius fuge. tace et quiesce. Hec enim sunt principia salutis. Cum ad eundem Arsenium Theophilus archiepiscopus venisset aliquando ab eo audire sermonem edificationis. Tunc sanctus Arsenius ait cunctis qui aderant. Si dixero vobis aliquid custodietis. Quod cum illi gratanter promississent addidit ille. Quocumque loco audieritis Arsenium illum velterius ne accedatis. Item cum eum vellet archiepiscopus videre misit primo videre si aperiret ei. At ille remanserat ei dicens. Si solus veneris aperio tibi. si autem cum pluribus ultra hic non sedebit Arsenius. Quod cum audisset episcopus. ceptum iter distulit. ne propter se de loco illo heremita discederet. Venit aliquando ad eundem abbas Arsenius in quendam locum et erat harundinetum. et motus est vento. Et ait senex ad fratres. Quis est hic motus. Et dicit ei. Harundines sunt. Dicit senex. Vere si quis sedet cum quiete et audierit vocem aui non habebit cor eius eandem quietem. quanto magis vos habentes sonum harundinum harum. Dicebat autem de eo quia erat cella eius

longe milia trigintaduo. et non exiebat cito. sed alij ei faciebant ministerium. Quando autem in solitudinem redactus est locus qui vocatur scitibi exiit ploras et dicens. Perdidit mundus romam. et monachi scitibi.

**¶** Quidam fratres dum linum ex thebaida pergerent comparare dixerunt. per occasionem beati videlicet amnis Arsenium. Quod cum daniel discipulus eius nunciasset precepit ut per quam causa illuc advenissent de alexandria ab eis inquireret. Cum ergo renunciasset propter linum pergerent comparandum. Respondit Arsenius. Ergo faciem meam non videbitis. quia non propter me sed propter opus suum advennerunt. Glade itaque et susceptis eis fac obsequium et dimitte eos dicens. quia senex non potest vobis occurrere. Cum quidam ad eundem beatum Arsenium ex fratribus advenisset volens videre eum pulsavit ostium. Abbas autem Arsenius sperans suum esse discipulum aperuit ei. Sed postquam alter esse cognoverat. mor se in terram proiecit. Illo autem surgere eum postulante respondit. Non hinc exurgam nisi discesseris. Per multas autem horas rogatus a fratre non acquievit donec discederet ille qui venerat. Astiterunt aliquando ad abbatem Arsenium demones in cella sedenti et tribulabant eum. Superuenerunt autem ei fratres qui ei ministrare solebant. stantesque extra cellam audiebant eum clamantem ad dominum et dicentem. Domine non me derelinquas. quia nihil boni feci coram te. sed presta mihi finem benignitatem tuam. saltem modo assumere initia bene vivendi. Cum interrogaret aliquando abbas Arsenius quendam senem egyptium de cogitationibus suis. alius videns eum dixit ei. Abba Arsenius quomodo tu qui tanta eruditione in latina et greca lingua edocuit es rusticum istum de cogitationibus interrogas. Et ille respondit dicens. Latinam quidem et grecam linguam quantum ad sensum pertinet apprehendi. sed alphabetam rusticum huius necdum discere potui. Senes dicebant. quia dederint aliquando in scitibi fratribus paucas caricas. et quia paucis erant non transferunt ex eis abbatem Arsenio. ne velut iuriam paterent. Ille autem cum hoc audisset non est egressus iuxta morem ad collectam cum fratribus dicens. Excommunicastis me ut non mihi daretis eulogiam quam transmisit dominus fratribus.



ex qua nō fui dign⁹ accipe. **Q**uod cū audis-  
sent oēs edificati sunt in humilitate senis.  
**E**t vadēs p̄byter portauit de caricis illis.  
⁊ adduxit eū in p̄gregatione gaudentē. **D**i-  
cebant autē de eo. quia nemo poterat comp-  
lexendere modū p̄uertiōis eius. **S**edente  
eodē abbate arsenio aliqñ in interiorib⁹ egypti.  
cū illic imp̄ortunitatē pateret. visum ei  
est derelinquere cellā ⁊ nihil ex ea tollere se-  
cum. et sic p̄fectus est ad discipulos suos.  
paranitas. alexandriū. ⁊ zoilū. **D**ixit ergo.  
**T**u alexander surgēs nauiga. **E**t zoilo di-  
xit. **V**eni me cū vsq; ad flumen ⁊ quere mi-  
hi nauiculā alexandriā nauigantē. et nauig-  
ga etiā tu ad fratrem tuū. zoilus autē turbat⁹  
in verbo est ⁊ tacuit. ⁊ ita diuisi sūt ab inui-  
cem. **D**escēdit autē senex circa p̄tes alexā-  
drie. ⁊ egrotauit egritudine magna. **D**isci-  
puli autē ei⁹ dixerūt ad inuicē. **P**utas ne aliq;⁹  
nostrū p̄tristauit senē. ⁊ p̄pterea diuisus ē  
a nobis. **E**t nō inueniebāt inter se p̄tristati-  
onis causam. neq; quia aliqñ ei inobedien-  
tes existerēt. **C**ū dō sanat⁹ fuisset senex di-  
xit ad seipsum. vadā ad fratres meos. **E**t  
ita nauigās venit ad locū qui dicitur petra  
vbi erāt supradicti ministri eius **C**ū dō iu-  
ra flumen esset puella quedam ethiopiissa  
ueniēs tetigit perā eius. **S**enex autē incre-  
pabat eā. **I**lla vero dixit. **S**i monach⁹ es  
vade in montē. **C**ōpunctus autē in hoc ver-  
bo arseni⁹ dicebat ad seipsū. **A**rseni si mo-  
nachus es vade in montē. **E**t inter hec oc-  
currerunt ei alexander ⁊ zoil⁹ discipuli ei⁹  
**E**t cū cecidissent ad pedes ei⁹ p̄iecit se etiā  
am senex in terrā ⁊ flebāt simul. **D**icit autē  
senex. **N**ō audistis q; egrotari. **E**t dixerūt  
ei. etiā audiuimus. **E**t ille dixit. **Q**uare n̄  
venistis videre me. **E**t dicit ei alexander.  
**Q**uia diuisio tua a nobis acceptabilis nō  
fuit. quoniā et multi ex ea p̄tristati sunt di-  
centes. **N**isi inobedientes fuissent seni ne-  
quaq; se sepasset ab eis. **E**t dicit eis senex  
**E**t ego cognoui q; hoc dicere. **S**z ⁊ itez  
dicturi sunt vobis quia nō inueniēs colum-  
ba requiē pedibus suis. reuersa est ad **N**oe  
in archam. **I**n hoc igit̄ verbo curati sūt ani-  
mi discipuloz ei⁹. ⁊ p̄manerūt cū eo vsq;  
ad vitimū vite ipsius tempus **E** **A**b

bas besarion dum ambularet cū discipulo  
suo per heremū. venerūt ad quandā spelun-  
cam. ⁊ ingressi ibi inuenerūt fratrem sedentē  
⁊ funiculū operantē. qui neq; respexit eos  
neq; salutauit. neq; aliqd locutus ē eis **D**i-  
xit ergo eis abbas besarion. **C**amus hinc.  
quia hic senex nō vult loq; nobiscū. **E**t p̄fe-  
cti sunt ad abbatē **J**ohannē. **C**ū autē reuer-  
terentur ad eandē speluncā. et dicit abbas  
besarion. **I**ngrediamur iterū ad hūc fratrem  
si forte vel modo p̄suadeat illi deus vt loq;  
tur nobiscum. **E**t cū ingressi fuissent iuene-  
runt corpus tantūmodo mortuū. **E**t dixit  
discipulo suo. **V**eni frater cōponamus il-  
lud. quia p̄pter eū huc nos dñs transmisiit  
**C**ū autē sepelirēt inuenerūt quia mulier es-  
set. ⁊ admirati sunt ⁊ dixerūt. **Q**uemadmo-  
dum ⁊ mulieres cōluctant et vincūt demo-  
nia. **E**t glorificātes deū qui est omnīū p̄te-  
ctor recesserūt inde **F** **B**eat⁹ macha-  
rius aliqñ narrabat dicēs. **V**enerūt ad me  
quondā duo iuuenes. et vn⁹ quidē iaz ple-  
no. alter ad huc incipiēte barbitio. **Q**ui cuz  
ignorātes me ipsum interrogarēt vbi esset  
abbatis cella macharij. atq; me scrutante  
cur eū requirerēt. opa eius inquirūt magna  
et vitam p̄conabilē cognoscētes eū vide-  
re summo desiderio festinam⁹. **C**unq; ego  
me ipsum esse quē quereēt profiterer. mox  
meis pedibus puoluri vt illos mecum habi-  
tare p̄mitterē postulabāt. **Q**uos cuz vide-  
rem velut diuitiaz opulencia delicatos non  
posse mecum illic residere respōdi. **E**t si hic in-  
quiunt tecum manere nō possumus. alio tñ lo-  
co nos p̄ficisci definita semel sentētia men-  
tis impellit. **Q**uo ego audito cepi intra me  
ipsum ita reputare. **S**i hinc illos abegero  
scandalū patiētur. **C**ū enī labor ipse cōpel-  
lat eos hinc fugere. cur de mea murmurēt  
voluntate. **T**ūc dixit illis **V**enite p̄struite  
vobis cellas si potestis. **A**t illi locū sibi tan-  
tūmodo demonstrari poscebāt. **Q**uib⁹ ego  
alueolū cū secure ⁊ sacco pleno panib⁹ cum  
modico sale cōtradidi. petra durissimā osi ē  
di. qua incisa habitaculū sibi p̄pararēt qd  
lignis de palude allatis cōtegerēt. **A**rbitra-  
bar autē ego p̄ intincto sibi hoc labore disce-  
dere. **A**t illi interrogauerūt me qd illic aliq;

fratres solebant operari. Respondi ego fū-  
 niculum. Et sublati folijs palmarū princi-  
 pium illi? texture oñdi vel sportellas facere  
 quas ministratoribus p pane recipiēdo dare  
 cōmonui. et ita discessi. Illi dō cū summa  
 patientia que a me fuerūt impata fecerunt  
 ac per tres annos ad me nullaten? accesserūt  
 Et quia alij fratres de longinquis regionibus  
 veniebāt ad me. illi dō nec aliquid re-  
 quirerēt. nec ad illos accederē non leuiter  
 admirabar. vidēs eos in ecclia tantū obla-  
 tionem cū silentio et orōne p cipere. Desi-  
 derans ergo scire puerlationē eorū habdo-  
 mada integra se unās rogavi dñm vt mibi  
 opera eorū dignaret ostendere. Et post hoc  
 pfectus ad eos pulsavi ad ostiū. Quo aper-  
 to tacētes adorauerūt me vterq;. Et postq;  
 facta ex more oratiōe cōsedi ille maior innu-  
 it minori et egressus est foras. Sedebat au-  
 tem ipse funiculū torquēs nihil loquēs om-  
 nino. Hora dō nona pulsāt ostiū. ad quem  
 aperto minor ingressus est. et maiore iteruz  
 innuente egressus cibū quo reficeremur ex-  
 corit. eodemq; nutu in suis mēsam cū pari  
 macijs tr. b. apposuit tacensq; stetit. Quibus  
 ego dixi. Surgite comedam?. Quo facto  
 allato vasculo quo aquā solebāt potare po-  
 tauimus. Ablata autē mensa cū vesperasce-  
 ret dicūt ei Discedis. at ego illic me velle re-  
 quiescere respondi. Vtrā ergo mibi i vno  
 angulo collocauerūt. et ipsi in altero angu-  
 lo quasi quieturi. et zonas suas et analabios  
 posuerūt. Cū autē quali ad dormiendū se p-  
 pararent. iterz ego rogavi dñm vt mibi eo-  
 rum opa declararet. Et ecce dissipato tecto  
 lux clara cellulā quasi medi? dies impleuit  
 quā tamē illi nō senserūt. Sed postq; arbi-  
 trati sunt me dormire surgētes cinxerūt se  
 atq; ad celū manus extenderūt. quos q; de-  
 ego quid facerēt intuebar. Illi dō me vide-  
 re non poterāt. Et ecce vidi tanq; muscas  
 demones veniētes. et in illius minoris ore  
 atq; oculis residere volētes. sed angel? do-  
 mini complexa ignis armatus tā illū circū  
 dabat q; demones abigebat. Ad maiorem  
 autē ppe accedere nō audebāt. Diluculo ve-  
 ro se in eodē stratu. piecerūt. et ego velut ex-  
 perfactus exurgo. Qd cum et illi ita fecit

sent. ille maior hunc mibi sermonē locutus  
 est. Vis pater duodecim psalmos decante-  
 mus. Ac me p sentiēte. ille minor frater qn-  
 q; psalmos cū sex versibus decāuit. et vnū  
 alleluia. Et p singulos vltus fax ignis egres-  
 sa ascendebat ad celū. Itē et maior cū decan-  
 taret quotiēs labia deducebat ad psallendū  
 velut funiculū ignis de ore ei? ad celū ten-  
 debatur. Postq; vero ego aliquantulū de-  
 cantavi egrediēs vt p me dignarent orā-  
 re expetui. Illi vero tacētes meis sunt pedi-  
 bus prouoluti. Et cognoui quoniā quidem  
 maior esset pfectus in timore dei. minorez  
 vero adhuc demones impugnatēt. Post  
 paucos dō dies maior frater est in pace re-  
 ceptus. tertio die etiā minor est eū assecut?  
 ¶ **A**bbas moyses cōmonebat fratres  
 dicens. Quattuor sunt monacho principa-  
 lia obseruanda. id est tacendi. seruādi man-  
 data dei. humiliandi semetipsum. et angu-  
 stia paupertatis. Oportet ergo monachū vt  
 semp luceat. semp suoz memor sit pctōrū.  
 Et omni hora ponat sibi mortē ante oculos  
 suos. ¶ Sancti patres cōgregati p pbeta-  
 uerunt de vltima generatiōe. et quibus vnus  
 p capuus noīe Isquirio dixit. Nos quidez  
 adhuc mandata dei implem? Interrogauē-  
 runt etiā alij patres dicētes. Quid hi q; post  
 nos futuri iunt. At ille respōdēs dixit. Ne-  
 dīa forte cōplebūt mā data dei et eternū re-  
 quirent deū. Dixerūtq; sancti patres. P-  
 hos autē qui veniūt quid facturi sunt. Re-  
 spondens dixit. Homines generatiōis illi?  
 mandatorū dei opa nō habebūt. et pcepta dei  
 obliuiscētur. Supabundabit autē tūc iniqui-  
 tas et refrigescet charitas multoz. Veniet  
 vero sup eos temptatio. et q; inuenti fuerint  
 in illa temptatiōe. pbati et nobis et patribus  
 nostris meliores existūt et feliciores et pba-  
 biliores. ¶ Quidā frater abbatē requirit  
 agathonem dicēs. Volo pater manere i cō-  
 gregatione cū fratribus. Dic mibi quō habi-  
 tem cū eis. Respōdit ei senex. Obserua hoc  
 p omnibus vt qualis primo die ingrediaris  
 apud ipsos. tales etiā rel. quos dies pagas  
 cū humilitate. ¶ Quodā tpe mazines cū  
 supuenissent in scitibi. et multos ex patribus  
 interfecissent. abba poemen cū alio abbate

seniore se nomine nub. et cum alijs quibus patri-  
bus fugiens inde venit in locum terenetudi-  
nis. et inuenerunt ibi templum quoddam deser-  
tum. manserunt ibi septem dies donec cogno-  
scerent ubi mansurus esset unusquisque in egypto.  
Dicit ergo eis abbas nub qui erat senior  
Septimana hac unusquisque maneat apud  
se et cum altero non loquatur. Cum autem sic faceret  
erat in templo illo statua cuiusdam idoli. Ab-  
ba ergo nub exurgens manelapidabat eam  
et vespere veniens dicebat ad eam. peccani in-  
dulge mihi. et per totam septimanam similiter fe-  
cit. Die autem sabbati cum pariter conuenissent  
dicit ei abba poemē. Quid voluisti hac to-  
ta facere septimana. ut homo fidelis idolo  
diceres indulge mihi. Dicit ei senex. Hec  
ego propter vos feci. Dicit ei mibi. nunquid  
hoc idolum quoniam lapidabam locutum est aliquid aut  
iratum. et iterum quoniam indulgentiam petebam nihil  
exaltauit se aut gloriatum est. Cui abba Po-  
emen respondit. Non utique. Tunc senex di-  
xit. Fratres ecce sumus septem. si vultis ergo  
ut pariter maneamus sit idolum istud nobis ex-  
emplum. ne quando iniuriatus aliquis irascatur.  
nec quando ab eo venia petitur glorie vel ex-  
tollatur. sin autem non ita vultis. unusquisque ubi  
vult pergat. At illi percipientes se in terra spem-  
ponderunt se ita facturos. et sic permanserunt  
per multos annos cum multa humilitate et pa-  
tientia. Quattuor horis dormiebant in nocte  
et quattuor psallebant. et quattuor operabantur.  
Deinde vero usque ad nonam legebant finden-  
tes folia palmarum. et post hoc victum sibi prepa-  
rabant. colligentes quasdam herbas terre.

**H** fuerunt et alij septem similiter proba-  
tissimi viri qui in ea heremo quam sarracenis con-  
tigua est habitabant. cellulis quidem haud longe a se diuisis. sed ipsi vinculo charitatis con-  
nexi. quorum unus vocabatur petrus alius ste-  
phanus. tertius iohannes. quartus georgius  
quintus theodorius. sextus felix. septimus laurus.  
Hi ergo in sterili ac vastissima solitudine.  
et pene hominibus inhabitabili commorantes  
semel sibi in septimana videndos se prebebant  
Sabbatorum namque die hora diei nona conue-  
niebant singuli de locis suis ad locum sibi con-  
dictum deferentes unusquisque si quod inueni-  
re poterat. Et unus quidem defererebat nuces

alius lactozones. alius dactilos. alius ficus  
alius herbas visibiles. id est labianum pastinacal-  
caricas et petriliu. Iste quippe erat scriptu-  
rus eorum victus. panem namque et oleum vel potum  
extra usum habebat. Tantummodo supradic-  
tis herbis et pomis sustentabantur. Cestimē-  
tum eis palma solummodo prebebat. Aqua in  
locis illis minime inueniebatur. Neque enim  
aliter potabantur quam exentes mane ac discer-  
rentes per diversas herbas colligentes ros.  
qui affluentissime ibi cadit. et inde tantum-  
modo bibebant. Cuiusque ut diximus in unum conue-  
nient locum agentes deo gratias sumebant ci-  
bum. Post refectioem vero usque ad vespere  
sedentes meditabantur de scripturis sanctis.  
Non enim discurrerebat inter eos secularis fa-  
bula. non cura seculi. non actio terrenarum rerum  
sed solummodo collatio spiritualis regni cele-  
stis desiderabilis commemoratio futura bea-  
tudo. gloria iustorum. pena peccatorum. sancto-  
rumque omnium requies. que iam inter beatas pa-  
radisi sedes letantur. Hec commemorantes su-  
spirabant ex imo pectore et flebant vberissime.  
Cuiusque per totam noctem vigiles permanserunt ce-  
lebrantes domino laudes. die vero hora nona  
loquendi seculum. et videndi se terminum capiebant.  
Rediebat enim unusquisque ad cellam suam. in qua  
solus soli deo diebus ac noctibus vacabat. In  
his igitur studiis eos positos. sarraceni late  
per heremum discurreres repererunt. et irruen-  
tes super eos de heremo eiecerunt. atque ligantes  
eos pedibus suspenderunt. multisque iniuriis  
affectos ad extremum focum subtus eos de her-  
bis amarissimis pergerunt. ubi incredibili-  
ter cruciati lumen oculorum ex amaritudine  
sumi amiserunt. Et postquam multis tormentis  
eos afflixerunt semivivos eos dimiserunt.  
ex quibus unum novimus in quadam loco habere pluri-  
mo postea supervixisse tempore. ceteri vero ubi non  
fuerint devoluti penitus ignoramus. **I**  
Interrogavit quidam frater abbatem Po-  
emenem dicens. Quid est quod dominus in evangelio  
ait. Nemo hac dilectione maiorem habet quam  
ut quis animam suam ponat pro amico suo. Quomodo  
hoc fiet. Respondit senex. Si quis audit ver-  
bum malum a proximo suo et cum possit ipse simi-  
lia respondere illi. pugnat tamen in corde suo por-  
tare laborem. et vim sibi facit. ne forte respon-

deat illi et tristat illū. iste talis animā suā  
ponit p amico suo. **R**egit? abbas moy  
ses dixit. Si nō p cordat act? et orō inuanū  
laborat homo. Cū em̄ orat q̄s pro seipso vt  
indulgentia illi peccator? detur. obseruet ne  
faciat illa iterū. Qñ em̄ voluntatē peccandi  
quis dimiserit. et ambulat pmanēs i timo  
re dei. istū mox cum gaudio suscipit deus.  
**S**anctū senem requisit frater dicens  
Quid faciet homo in omni tēptatiōe veniē  
te super se. et omni cogitatione immisā ab ī  
mīco. Respondit. plangere debet in cōspe  
ctu bonitatis dei vt succurrēs auxilietur ei  
**S**criptū est ei. Dñs mihi adiutor ē. et ego  
despiciā inimicos meos. **Q**uidā senex  
dixit. Sicut ad succēsā ollā mulce nō ap  
propinquāt. si vō tepida fuerit insidēt i ea  
et faciūt vermes. ita et monachū succensum  
igne diuini amoris fugiūt demones. tepi  
dū vero illudūt et insequunt. **A**bbas sil  
uanus sedens aliqñ cū fratribus in speleo. fa  
ctus est in excessu mētis et cecidit in faciem  
suā. et post multū surgēs plorabat. Et inter  
rogauerūt fratres eū dicētes. Quid habes  
pater. Ille vōtacebat et flebat. Cōpellenti  
bus aut illis dixit. Ego ad iudiciū raptus  
sum et vidi multos de habitu nostro eūtes  
in tormēta et multos seculares ad regnum  
Et lugebat senex. et nolebat deinceps exire  
de cella sua. Sed si exire cogebat. operiebat  
capucio faciē suā dicēs. Quid necesse ē vi  
dere lumen istud tēpale in quo nihil ē vtile.  
**R** **Q**uidā senex dixit fratri. omni die  
vicinā tibi mortē esse cogita. quasi iā clau  
sus in monumēto nihil de hoc seculo cures  
Timor dei pmaneat in te omni hora. Cre  
de te hominibus omnibus inferiorē esse. Non  
detrabas alicui. quia de? cognoscit omnia. s  
esto pacificus cū omnibus. et dabit tibi dñs  
requiē. **C**ū quidā fratres quēadmodum  
orarēt beatū machariū req̄sissent. respondit  
illis dicēs. Nō sunt necessaria vobis sup  
flua verba. sed extēdere man? ac dicere. De  
us quomō vis et sicut tibi placet ita fiat. Si  
autē temptatio irruerit aut impugnatio di  
cendū est. Dñe deus clemētissime auxiliari  
dignare nobis. tu em̄ scis quid nobis expe  
diat. fac nobiscū misericordiā tuam. **A**b

bas iohānes dicebat. Similis debet eē mo  
nachus homini sedētū sub arbore grandi. q̄  
respiciēs feras diuersas et serpētes venien  
tes ad se. cū nō potuerit eis resistere subit i  
arbore et saluatur. Ita et monachus sedeat i  
cella sua. et respiciēs prauas cogitatiōes ia  
culationesq̄ veniētes sup se cū nō potuerit  
eis resistere. cōfugiat p orōem ad dominū  
cui oia possibilis sunt et saluabit. Itē dixit  
similis esse debet monachus hoī habētī a si  
ni sitra ignē et a dextra aquā vt quotiēs suc  
census fuerit ignis tollat de aqua et extin  
guat illū. Sic oportet et monachū facere oī  
hora vt qñ cogitatio turpis succensa fuerit  
ab inimico. tunc aquā. i. orōnes p̄tinuas ef  
fundat et extinguat illā. **A**bbas zenon dū  
esset in scitbi egressus est nocte d cella sua  
ambulare p heremū. Et factū est dū longi  
pcessisset errauit. tres noctes dieq̄ ambu  
lans et cecidit fatigat? vsq̄ ad mortē. Et ec  
ce stetit ante eū infans habens in manu sua  
panē. Et dixit ei. Exurge et comede. At il  
le exurgēs orauit. timuit em̄ fantasiam esse.  
Cui infans dixit. bene fecisti q̄ orasti. mox  
ergo surge et comede. Cui abba zenō nō  
adquieuit nisi secūdo et tertio orasset. Et cū  
ille laudaret q̄ orabat. Iā tūc surrexit et co  
medit. post hec dicit ei infans. Quantiū tē  
pus ambulasti tantū longe es a cella tua.  
Sed surge sequere me. Et mox inuentus  
est aī cellā suā. Dicit ergo ei senex. Ingre  
dere in cellā meā et fac orōem. Et ingresso  
sene in cellā suā ille nō cōparuit. **I**  
**A**bbas daniel referebat de beato Arse  
nio. eo q̄ sabbator? die vespere solē relucē  
tem post dorsum suū dimittebat in orōe p̄si  
stens. extēdensq̄ ad celū man? non deliste  
bat orare nisi itē? seq̄nti die sol surgēs ocu  
los ei? impleffet. Ceteras aut noctes pui  
giles ducebat. et ppe diluculo cū vellet pa  
rū p nature fragilitate q̄scere dicebat som  
no. Veni male serue. Et mox claudēs ocu  
los q̄scere paz somni sedēdo surripiebat.  
et statim exurgebat. **V**enerūt aliqñ ad ab  
batem luciū in ennatū monachi q̄ diceban  
tur cohibiti. hoc est orātes. Et interrogabat  
eos senex dicēs. Quid est op? manū ves  
trā. Et illi dixerūt. Nō ptingim? aliq̄

opus manuum. sed sicut dicit ap[osto]lus. sine intermissione oram[us]. **D**icit ei senex. **E**t n[on] manducatis. **I**lli aut[em] dixerunt. **E**tiam manducam[us]? **E**t dicit eis senex. **N**on ergo comeditis quod orabit[ur] p[ro] vobis. **E**t it[er]um interrogavit eos dicens. **N**on dormitis. **E**t dixerunt. dormim[us]. **E**t dicit senex. **E**t cum dormitis quod p[ro] vobis orat. et non inveniunt ad hoc quod responderet illi. **E**t dicit senex. **I**gnoscite mihi fratres. quia non facitis sicut dixistis. ego aut[em] ostendo vobis quia operans manibus meis sine intermissione oro. **S**edeo enim iuvante deo infundens mihi paucas palmulas et facio ex eis plectas. **E**t dico. **M**iserere mei de[us] p[ro]pter magnam misericordiam tuam. et p[ro]pter multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. **E**t dicit eis oratio est an non. et dixerunt etiam. **E**t dixit it[er]um. **N**on permaneo tota die laborans et orans facio plus minus[us] quoddecim nummos. et pono ex eis ad ostium duos et residuum manduco. et quod accepit illos duos denarios orat p[ro] me t[em]p[or]e quod ego manduco vel dormio. **A**t quod ita p[ro] gratiam dei impletur mihi quod scriptum est. **S**ine intermissione orate. **A**bbas Zachari[us] dum semel de scitib[us] portas sportellas quas texerat grateret. vix laboris defessus reledit et dixit. **D**e[us] tu scis quia amplius non valeo ambulare. **E**t mox inuetus est ad fluvium unde adhuc multum aberat iteruallum itineris. **A**bbas ammon veniens in deserto ad quendam locum haurire aquam. vidit basiliscum et iactans se in faciem suam dixit. **D**onec aut[em] ego moritur[us] sum aut ista bestia. **V**ox basiliscus p[ro] virtutem dei dissipat[us] est. **A**bbatis besarionis discipulus nomine dulus cum quadam die cum ipso pariter iuxta lit[us] maris ambularet contigit eum multum sitire et dixit seni. **S**itis me macerat pater. **A**t beatus besarion facta oratione iussit eum aquam de mari tollere et bibere. **Q**uod cum fecisset et dulcissimam aquam reperisset. vascellum quod secum portavit implevit. **Q**uod cum vidisset abbas besarion. dixit ad eum. **Q**uare implesti vas aqua filii. **A**t ille dixit. **I**ndulge mihi pater. timeo ne forte in ante sitiam. **C**ui senex dixit. **I**ndulgeat tibi dominus filii. quia et ubi est de[us] et potest tibi dulcem aquam prestare. **S**enex quidam narrauit quod aliquis frater eius conuerti voluisset. et prohiberetur a matre sua

 uerunt de ep̄o ciuitatis que vocat oxirine⁹  
 noie abbas affus. **Q**uia cū esset monachus  
 nimis dure tractauerit vitā suā. ⁊ cū fact⁹  
 esset ep̄us voluit ipsa duricia vti in ciuita/  
 te quā in heremo habuerat ⁊ nō p̄ualuit.  
**I**dcirco p̄stravit se in conspectu dñi dicēs  
**P**utas ne dñe p̄pter ep̄atuz discessit a me  
 gratia tua. **E**t reuelatū est ei quia nō. sed q̄  
 tunc solitudo erat. ⁊ cū non esset homo. de⁹  
 tuus susceptoz erat. nūc aut̄ hic in seculo es  
 vbi hoies auxiliant̄ tibi. **D**ixit abbas da  
 niel. **Q**uia erat in babilonia filia cuiusdaz  
 primarij demoniū habēs. **P**ater autē eius  
 diligebat monachū quendā. **D**ixit autez ei  
 monachus ipse. **N**emo potest curare filiaz  
 tuā nisi quos scio solitarios. ⁊ si perrexeris  
 ad eos. nō acquiescēt hoc facere p̄pter hu/  
 militatem. **S**ed hoc faciam⁹ vt q̄n veniūt  
 afferētes vnalta que opantur. dicatis vos  
 emere velle q̄d vendunt. ⁊ dñi venerint ad  
 domū precū accepturi. dicemus eis vt fa/  
 ciant ordē. ⁊ credo quia saluabit filia tua  
**E**reutes ergo in plateā inuenerūt vnum  
 discipulū senis sedentē vt venderet sportel  
 las. et tulerunt eū secū in domū vt quasi p̄  
 cium sportarū acciperet. **E**t cū intrasset mo/  
 nachus ille in domū venit puella illa que a  
 demonio verabatur ⁊ dedit alapā mōacho  
 illi. **I**lle aut̄ cōuertit ei ⁊ alterā maxillam  
 s̄m diuinū preceptū. **D**emon aut̄ coactus  
 clamare cepit. **V**iolentia mandatorū iē/  
 su christi expellit me hinc. ⁊ statim munda  
 ta est puella illa. **C**ū autē venissent ad senel  
 indicauerunt eis q̄d fuerat factū. et glori  
 cant deum ⁊ dixerūt. **C**ōsuetudo est diabo  
 lice supbie. humilitate mandatorū iesu xp̄i

# Jolium

corruere. **D**ixit abbas euagrius. **P**ri-  
ncipium salutis est. si te ipsum redat quis.  
**D**ixit abbas Serapion. Quia multos  
labores corporales feci plus quam filius meus za-  
charias. et non perueni ad mensuras humili-  
tatis et taciturnitatis eius. **A**bbas  
moyses dixit fratri zacharie. Dic mihi quod  
faciam. Ille autem hoc audiens iactauit se. p-  
nus in terram ad pedes eius dicens Tu me  
interrogas pater. dixit ei sener. Crede mihi  
fili zacharia. quia vidi spiritum sanctum de-  
scendentem in te et propterea compellor interro-  
gare te. Tunc tollens zacharias cucullam  
suam de capite suo misit illam sub pedibus suis  
et conculcans eam dixit. Nisi ita conculcat  
fuerit homo. non potest monachus esse. **D**i-  
xit abbas pastor. Quia interrogauerat ab-  
bas moyses fratrem zachariam tempore quo morie-  
batur dicens. Quid vides. Et ille dixit. Ni-  
hil melius quam tacere pater. et dixit ei. Fili  
vultu est. quia tacere bonum est. Hora autem mor-  
tis eius sedens abbas Isidorus respexit in  
celum et dixit. Letare letare fili mi zacharia  
quia aperte sunt tibi ianue regni celorum.  
**S**ancte memorie theophilus episcopus alex-  
andrinus. venit aliquando ad montem nytrie  
et venit ad eum abbas montis illius. et dixit  
ad eum episcopus. Quid amplius inuenisti in  
via ista pater. Et respondit ei sener. Culpa  
re et reprehendere me ipsum sine cessante. Et  
dixit ei episcopus. Non est alia via sequenda nisi  
hec. Quando abbas theodoros cum fra-  
tribus manducabat accipiebant calices cum  
reuerentia et taciturnitate. nec dicebant si-  
cut mos est ignosce. Dixit autem abbas The-  
odoros. Perdiderunt monachi ingenuita-  
tem suam et non dicunt ignosce. Dicebant  
de eodem abbate theodoro. Quia cum factus  
esset dyaconus in scitibi non acquiescebat mi-  
nistrare. et huc atque illuc fugiebat. et iterum  
senes adducebant eum dicentes. Non deser-  
linquas ministerium tuum. Dixit autem abbas  
Theodoros. Dimittite me et deprecor de-  
um. et si ostenderit mihi quia deo stare in  
loco ministerij huius faciam. Et dum depre-  
catur deus dicebat. Si voluntas tua est  
domine ut strem in hoc ministerio demon-  
stra mihi. Et ostensa est ei columna ignis

de terra usque ad celum et vox sonuit dicens  
Si potes fieri sicut columna hec. vade mi-  
nistra. Ille autem audiens statuit apud se nul-  
latenus acquiescere ministrare. Qui cum ve-  
nissent ad ecclesiam patriam apud eum egerunt  
fratres dicentes. Si nos vis ministrare vel  
solum calicem tene. Et non acquiescit dicens.  
Si me non dimittitis discedam de loco isto  
et ita discesserunt ab eo. Dicebat abbas  
Iohannes breuis. Quia ianua dei est humi-  
litas et patres nostri per multas contumelias  
gaudentes intraverunt civitatem dei. **D**i-  
xit iterum qui supra. Quia humilitas  
et timor dei superant universas virtutes. **D**i-  
xit abbas Iohannes thebeus. Quia vix moy-  
nachus ante omnia humilitatem habere. **B**est  
enim primum saluatoris mandatum dicens. **D**i-  
scite a me quia mitis sum et humilis corde.  
et alibi. Beati pauperes spiritus quoniam ipsorum  
est regnum celorum. **C**ollecti sunt aliquando  
fratres qui habitabant in scitibi. et ceperunt in-  
tra se querere de melchisedech sacerdote.  
Obliti sunt autem vocare abbatem Coprem.  
Postea autem vocantes eum interrogabant eum  
de eadem questione. Ille autem respondens ter-  
tios suos dixit. **V**x tibi copres. quia que tibi  
mandavit deus ut faceres dereliquisti. et quod  
a te non requirit. illa scrutari presumis. hec  
audiens fratres fugerunt singuli in cellas  
suas. **N**arrauit aliquando de seipso abbas ma-  
charius dicens. Quando eram iuuenis et se-  
debam in cella mea tenuerunt me et fecerunt  
me clericum inuitum. Et cum nollem acquiesce-  
re ad ministrandum fugi ad alium locum. Et ve-  
nit ad me quidam secularis quidam homo sed  
vita religiosus. et tollebat a me opus quod fa-  
ciebam manibus meis et ministrabat mihi que  
necessaria erant. Contigit autem temptate di-  
abolo ut virgo quedam in vico suo viciata la-  
psum incurreret. et cum in vico habere ce-  
pisset. interrogabat quis esset de quo in vico  
habetet. Illa autem dixit quod hic solitarii est  
qui mecum dormiunt. Creuites autem de vico il-  
lo comprehenderunt me et adduxerunt ad vicum  
et appenderunt in collo meo cacabatas ollas  
et alias vasorum et miserunt me circumire per vi-  
cum illum et per viam ducebant dicentes. **D**ic mo-  
nachus corrupti filii nostram. tollite tollite

eum. Et ceciderunt me pene ad mortē. **S**u-  
perueniens autē quidā senū dixit. q̄dīu mo-  
nachū istū ceditis pegrinū. Ille autē q̄ mibi  
solebat ministrare necessaria sequebat̄ re-  
tro cum verecūdia. **E**tenī et ipsum cōtume-  
lijs multis affecerūt dicētes. **E**cce solitari-  
us monachus cui tu testificabaris q̄d fecit  
**E**t dixerūt pentes puella illi. quia non di-  
mitteremus eū donec fidei uisore p̄beat q̄ pa-  
scat eam. **E**t dixi illi q̄ mibi ministrare sole-  
bat. et fidem dedit. et reuersus sum in cellaz  
meā et dedi ei quantas habui sportellas di-  
cens. **E**lende eas et da illi mulieri mee mā-  
ducare. **D**icebā autē in animo meo. **M**achari  
ecce inuenisti tibi mulierē opus habes  
modo ampli⁹ laborare ut pascas eā. **E**t ope-  
rabar nō solū ī die sed etiā in nocte. et trās-  
mittebā ei. **C**ū autē uenisset tps infelici illi  
ut pareret. artabat̄ p̄ plurimos dies et nō  
pariebat. **D**icunt ergo ei. quid est hoc. **A**t  
illa dixit. **E**go scio quare ista patiar. et iter-  
rogata a parentib⁹ suis quare: r̄ndit. **Q**uia  
monacho illi crimen illud imposui. et fallēs  
implicauī eū cum iste nō habeat culpā. sed  
iuuenis ille talis hoc fecerit. **A**udiēs autē  
hoc d̄ba minister me⁹ gaudēs uenit ad me  
et dixit. **Q**uia nō potuit parere puella illa  
donec cōfiteret̄. quia tu nullū crimen in ea  
habuisses. sed qz mentita sit aduersum te.  
**E**t ecce oēs h̄tatores uici illi⁹ uolūt ueni-  
re huc ad te. glorificaturi deū et p̄niam ap̄d  
te acturi. **E**go autē audiens ista a ministro  
meo ne affligerent me h̄oies surrexi et fugi  
huc in scithi. et hoc est p̄ncipiū cause pro-  
pter quā hic habitare cepi. **P**reter-  
iens aliqñ abbas macharius a palude ad  
cellam suā. et reuertēs portabat palmulas.  
et ecce occurrit ei diabolus in uia cum falce  
messozia. uoluit autē pcutere eū de falce illa  
et non potuit. **E**t dixit ei. **M**ultā uolentiā  
patio: a te machari quia nō possum p̄uale-  
re aduersum te. ecce em̄ quidq̄d tu facis et  
ego facio. **I**eiuinas tu. ego penitus nō come-  
do. **V**igilas tu ego oīno nō dormio. **U**nuz  
est autē solū in quo me superas. **E**t dixit ei  
abbas machari⁹. **Q**uid est illud. **E**t r̄ndit  
diabolus. **H**umilitas tua p̄ quā nō p̄ueni-  
leo aduersum te. **P**erterit aliqñ abbas

mathois de raythu in ptibus gebalen. **E**rat  
autē cū eo frater eius. et uenit ep̄s loci illius  
ad memoratū senē et fecit eū p̄sbyteruz. **E**t  
dum gustarēt simul: dixit ep̄s. **I**gnosce  
mibi abba. quia scio q̄ nolueris banc rem.  
sed ut benedictiōem tuā acciperē. p̄sumpsi  
hoc facere. **D**ixit ei senex cum humilitate.  
et animus me⁹ modicū uolebat hoc. **E**terū  
tamen in hoc grauius feroqz cōpelloz sepa-  
rari a fratre meo qui mecū est. ne qz em̄ sus-  
ficio omnes orōes quas simul faciebamus  
implere. **E**t dixit ep̄s. **S**i scis qz dignus  
est. ego et ipsuz ordino. et dixit ei abbas ma-  
thois. **E**quidē si dignus est nescio. unum  
autē scio quia melior me est. **O**rdinauit au-  
tem et ip̄m ep̄s. et ita utriqz recesserunt de  
hac uita. ut nūqz se ad sacrificandū oblati-  
onem altario p̄ximarēt. **D**icebat autē se-  
nex. **C**redo in deū quia forsitan nō sustineā  
grauē iudiciū p̄pter ordinatiōem quā susce-  
pi dum oblationē nō audeā p̄secrare. **H**oc  
em̄ officiū illoz est qui sine querela uiuunt.  
**D**ixit abbas Mathois. **Q**uantū se ho-  
mo appropinat ad deū tantū se peccatorem  
uidet. **I**saías em̄ p̄p̄ta uidens d̄m̄ mi-  
serum se et immundū dicebat. **N**am uir la-  
b̄ijs pollutus suz. **D**icebāt de abbate mo-  
yse. **Q**uia cū factus esset clericus imposue-  
runt ei humerale. et dixit ei archiep̄scop⁹.  
**E**cce factus es candidatus abba. **M**oyse  
et ille respōdit. **P**utas de foris d̄ne papa aut  
et intus. **U**olens autē ep̄s eū probare. di-  
xit clericis. **Q**uando intrat abbas moyses  
ad altare expellite eū et sequimini eū ut au-  
diatis quid dicat. **C**ū autē cepissent eū mit-  
tere foras. dicebant ei. **E**xi foras ethyops.  
**I**lle uero egrediens dicebat. **B**ene tibi se-  
cerunt cinerate et cacabate. quia cuz homo  
non sis quare te in medio hoīm dare pre-  
sumpsisti. **C**ū abbas pastor in p̄gre-  
gatione esset audiēs de abbate nestorone de-  
siderauit eū uidere et mādauit abbati eius  
ut mitteret eū ad ipsum. **Q**ui cū nollet euz  
solū dimittere non direxit eum. **P**ost pau-  
cos autē dies dispensator monasterij roga-  
uit abbatem ut permitteret eū ire ad abba-  
tem pastore. et diceret ei cogitatiōes suas.  
**A**bbas autē eius cū euz dimitteret dixit ei

# Folium

**T**olle et fratrem istum tecū. quia manda-  
uit mihi de ipso senex. et non presumens eū  
solum dimittere: distuli vsq; modo. **C**um  
ergo venisset dispensator ad senem locutus  
est ei de cogitationibus suis. et ille sanauit  
eum responsione sua. **P**ost hec autem iter  
rogabat senex fratrem illuz dicens. **A**bbas  
**N**esteron quomodo acquisiisti virtutes  
hanc. vt quādo immergit tribulatio aliqua  
in monasterio non loquaris. neq; te medi-  
um facias. **E**t cum diu cogeretur frater a se-  
ne dixit ei. **I**gnosce mihi abba. quia quan-  
do intraui in initio in congregationē istaz  
dixi animo meo. **T**u et alinus vnum esto-  
te. **S**i ergo alinus vapulat et non loqui-  
tur: iniuriam patitur. et non respondet sic et  
tu. quemadmodū in psalmo legitur. **E**t iu-  
mentum factus sum apud te. et ego semper  
tecum. **D**icebant de abbate **O**lympio  
in scitbi. quia seruius esset et descendebat p  
singulos annos in alexandriā portans mer-  
cedem dominis suis. et occurrebant ei et sa-  
lutabant eum. **S**enex autē aquā mittebat  
in peluim. et afferebat vt lauaret pedes do-  
minis suis. **I**lli autem dicebant ad eum.  
**N**oli pater ne graues nos. **I**lle vero respō-  
debat eis. **E**go confiteor quia seruius vestez  
sum et gratias ago. quia dimisistis me libe-  
rum seruire deo. **S**ed tamen lauo vobis pe-  
des. ecce et suscipite mercedes meas **I**lli au-  
tem contemnebant et non acquiescebāt **D**i-  
cebat ergo eis. **C**redite mihi quia si nō vul-  
tis recipere mercedes meas remanebo hic  
et seruiō vobis. **I**lli autem reuerentiā eius  
habentes dabant in potestatem eius vt fa-  
ceret qd vellet. **E**t reuertentem deducebāt  
eum cum honore. presentes ei que necessa-  
ria erant vt faceret pro eis agapen. et ex eo  
factus est nominatus monachus in scitbi  
**D**icebat abbas **P**astor. **Q**uia semper  
homo humilitatem et timorem dei habens  
respirare debet incessabiliter. sicut flatum  
quem naribus attrahit vel emittit. **R**  
**I**nterrogatus est abbas **P**astor a quo-  
dam fratre. **Q**uomodo debeo esse in loco ī  
quo habito. **E**t respondit ei senex. **H**abeto  
prudenciam velut aduena et quocunq; ī lo-  
co fueris ne querās verbum tuum corā te

habere potentiam et quiescis. **D**ixit ite-  
rum. **Q**uia si proiecerit se quis in conspe-  
ctu dei. et non seipsum extulerit et miserit  
post tergum suū propriam voluntatem. fer-  
ramenta sunt quibus anima operatur. **I**te  
dixit. **N**on metiaris teipsum. sed adbe-  
re ei qui bene conuersatur. **D**ixit iteruz  
**Q**uia frater interrogauit abbatem **A**loni-  
um dicens. **Q**uid est contemptus. **E**t dixit  
senex. vt sis infra animalia irrationabi-  
lia. et scias quia illa non contemnunt **D**i-  
xit iterum qui supra. **Q**uia humilitas ter-  
ra est in qua dominus sacrificium fieri mā-  
dauit. **R**ursus dixit quia si homo ordinez  
suum custodiat. non conturbabitur. **I**te-  
rum dixit. **Q**uia sedentibus aliquando se-  
nibus ad manducandū: stabat abbas **A**lo-  
nius et ministrabat et videntes laudauēt.  
**I**lle autē omnino nihil respondit. dixit er-  
go ei quidam secrete. **Q**uare non respon-  
disti senibus laudantibus te. **E**t dixit ei ab-  
bas **A**lonius. quia si responderem eis iue-  
niter delectatus laudib; meis **N**arrauit  
abbas **I**oseph. **Q**uia sedentibus nobis ali-  
quando cum abbate **P**astore nominaue-  
runt abbatē **A**gathonem et diximus ei **I**u-  
uenis est quare eum appellas abbatem. **E**t  
dixit abbas **P**astor. **Q**uia os suum fecit  
eum appellari abbatem **D**icebant de ab-  
bate **P**astore **Q**uia nunq; voluisset sermo-  
nem dimittere supra verbuz alterius senis  
sed magis laudauerit semper que ille dixis-  
set. **E**uenit aliquādo sancte memorie the-  
ophilus episcopus alexandrinus ī scitbim  
**C**ongregati autem fratres dixerunt abba-  
ti pambo **D**ic vnū sermonem pape vt edifi-  
cetur animus eius in hoc loco. **E**t respō-  
dit senex. **S**i in taciturnitate mea non edi-  
ficatur neq; in sermone meo edificabitur.  
**N**arrauit frater pist; dicēs. **Q**uia  
iunimus septem fratres solitarij ad abbatē  
**S**ylōi habitantē in insula climatos. et euz  
rogaremus eum vt diceret nobis aliquid  
ille respondit. **I**gnosce mihi. quia ideota  
homo sum. sed vni aliquando ad abbatem  
**O** et ad abbatem **A**trēm et erat in infir-  
mitate abbas **O** et decem et octo annis. et ce-  
pi supplicare eis vt dicerent mihi aliquid



verbum. Et dixit abbas Or. quid tibi habeo dicere. quidquid vides fac. deus enim illius est. qui sibi ultra quod potest extorquet. et violentiam facit ad omnia. Hi tamen ambo non erant de vna provincia. hoc est abbas Or. et abbas Atrem. Fuit autem inter eos magna gratia donec exirent ambo de corpore. Abbas autem Atrem summe obedientie erat. abbas vero Or. multe humilitatis. Feci ergo apud eos paucos dies. inuestigans virtutem eorum. et vidi mirabile quod quod fecit abbas Atrem. Attulerat enim eis quidam piscem modicum. et voluit illum facere abbas atrem seniori abbati Or. Posuerat ergo abbas Atrem cultellum et incidebat piscem illum. et vocauit eum abbas Or. dicens. Atrem atrem. Ille vero statim dimisit cultellum in medio pisce inciso et non perincidit eum. et cucurrit ad eum et miratus sum tantam obedientiam eius. quia non dixit expecta donec incidero piscem. Dixi autem ego abbati atrem. Ubi inuenisti obedientiam hanc. et ille mihi respondit. Non est mea. sed istius senis est. Et tulit me dicens. Veni et vide obedientiam eius. Corrit ergo modicum piscem male ita ut pderet eum voluntarie. et apposuit eum seni. et manducauit nihil loquens. Et dixit ei. Bonum est senex. Et ille respondit. Bonum valde. Pro hoc attulit ei illud modicum nimis bene coctum. et dixit. Ecce istud perdidit senex. male istud cori. Et ille respondit. etiam modice tibi male exiuit. Et conuersus ad me abbas atrem: dixit. Vides quia hec obedientia istius senis est. Et exiit ab eis. et quiddam vidi hoc feci secundum virtutem meam. Hec dixit abbas Syloi fratribus. Unus autem ex nobis rogauit eum dicens. Unde charitatem et dic nobis et tu vnum sermonem et dixit. Qui habet quod innumerabile est in scientia: perficit omnem scripturam. Itaque alter ex nobis dixit ei. Quid est peregrinatio pater. et respondit. Tace. et in omni loco quod cumque veneris dic. Non habeo causam. Et hec est peregrinatio. **V**enit quidam frater ad abbatem Syloi in montem abbatis anthonii. et loquentibus eis dicebat abbati Syloi. modo adhuc non peruenisti ad

mensuram abbatis anthonii pater. et respondit ei senex. Ego si haberem vnam cogitationem abbatis Anthonii efficerer totus velut ignis. Verumtamen scio hominem quod cum labore potest ferre cogitationes suas. Iterum autem interrogauit eum frater ille dicens. Putas sic perlequebatur sathanas antiquos. Et dixit ei abbas Syloi. Modo plerumque tempus eius appropinquauit et turbatur. Uenerunt quidam alij ad eum ut audirent ab eo sermonem et nihil eis loquebatur. sed semper dicebat. Ignoscite mihi. Uidentes autem sportellas eius dixerunt discipulo eius Abraam. Quid facitis de sportis istis. Et respondit eis. Huc et illuc eas expendimus. Hoc autem audiens senex dixit. Et Sylois hinc et inde maleducant. Illi autem audientes edificati sunt valde in humilitate senis atque cum gaudio recesserunt. Frater quidam interrogauit abbatem Syloi dicens. Uideo meipsum. quia memoria mea ad deum intenta sit. Et dixit ei senex. Non est magnus hoc ut mens tua cum deo sit. Magnum autem est si te ipsum videas sub omni creatura. hoc autem et labor corporalis corrigit et ducit ad humilitatis viam. Dixit beate memorie sinclitice. Sicut impossibile est nauem fabricare sine acutis. ita impossibile est hominem sine humilitate saluari. Dixit abbas Ipericus. Arbor vite est in excelsis. ascendit ad eam humilitas monachi. Dixit iterum qui supra. Imitare publicanum illum ne cum phariseo damneris. et sequere mansuetudinem Moyli. ut summitates cordis tui refecans: conuertas in fontes aquarum. Dixit abbas Orsilius. Si fragmen crude tegule in fundamento mittatur ubi iuxta sit fluuius. non sustinet vnum diem. cocta autem permanet velut lapis. ita est homo qui carnalem sapientiam habet. et non est temptationum igne excoctus. sicut et Ioseph. Homini enim verbo dei resoluit. quod cum inuitus fecerit multis temptationibus in medio hominum agitare. Bonum est enim ut quis nouerit mensuras suas. et declinet in initio pedis. fortes autem in fide immobiles sunt. Nam de ipso Ioseph si velit aliquis loqui. dicet quia nec

terrenus erat. Quanto temptatus in qua  
li prouincia ubi nec vestigium erat diuini  
cultus. Sed deus patrum eius erat cuneo. q  
eripuit eum ex omni tribulatione. et nunc est  
cum patribus suis in regno celorum. Et nos er  
go agnoscere mensuras nostras certemus  
vix enim possumus nos effugere iudicium dei.

**Q** Senex quidam erat solitarius va  
cans in heremo. et dicebat in semetipso. qz  
perfectus esset in virtutibus. **H**ic orauit de  
um dicens. **O**stende mihi quid desit pfe  
ctioni mee vt faciam. **V**olens autem deus hu  
miliare cogitationes eius. dixit ei. **V**ade  
ad illum archimandritam et quidquid tibi dixerit  
facito. **R**euelauit autem deus archimandri  
te illi. antequam ille veniret ad eum dicens. **E**c  
ce ille solitarius veniet ad te. dic ergo illi vt  
tollat flagellum et vadat et pascat tibi porcos.  
**V**eniens ergo senex pulsauit ostium. et in  
gressus est ad archimandritam illum. et cum  
le salutassent sederunt. **E**t dixit ei solitarius  
ille qui venerat. **D**ic mihi quid faciam vt  
sim saluus. **E**t dixit ille. **F**acies quodcumque  
dixero tibi. et respondit. **E**tiam. et dixit ei.  
**E**cce tolle flagellum et vade pasce porcos.  
**S**i autem qui eum nouerant et audierant de  
eo cum audirent quia porcos pasceret: dice  
bant. **V**idistis illum magni solitarii de  
quo audieramus. **E**cce stupuit cor eius. et  
a demonio vexatur et pascit porcos. **V**ides  
autem deus humilitatem eius. quia ita patie  
ter sustinebat opprobria hominum. precepit  
eum iterum redire in locum suum. **Q**uedam  
senem monachum solitarium: homo qui a de  
monio vexabatur et fortiter spumabat per  
cussit in maxillam. **S**enex vero conuertit ei  
aliam maxillam. **S**tatim demon non ferens  
incendium humilitatis illius. mor exiliuit  
ab eo. **D**ixit senex quidam. **Q**uando cogi  
tatio superbie aut elationis cor tuum intra  
uerit scrutare conscientiam tuam. si omnia man  
data diuina custodisti. si inimicos tuos di  
ligis. si gaudes in aduersarij tui glorificatio  
ne. et si contristaris in minoratione eius. et  
si cognoscas teipsum esse inutilem seruus et  
omnium peccatorum deteriorum esse. **S**ed nec  
tunc ita de te sentias quasi omnia corruerit.  
sciens quod huiusmodi cogitatio tua vni

uersa resoluet. **D**ixit senex quidam. **N**on  
apponas cor tuum aduersus fratrem dicens  
**Q**uia tu illo sobrior et continentior et intelli  
gentior sis. sed subditus esto gratie dei in spi  
ritu paupertatis. et per charitatem non fictam  
ne spiritu exaltationis elatus perdas laborem tu  
um. **S**ed esto spiritali sale conditus in christo.

**D**ixit senex. **Q**uia si quis plusquam dignus  
est honorari et laudari amplius patitur detrimen  
tum. quod aut omnino non fuerit ab hominibus  
honoratus. hic in celestibus honorabitur.

**F**rater aliquis interrogauit senem dicens.  
**B**onum est assidue penitere. et respondit ei senex.  
**V**idimus Iesum filium naue. quia cum prius  
iaceret in facie apparuit ei deus. **I**nterro  
gatus senex quare ita inquietaretur a demoni  
bus: respondit. **D**ico quia arma nostra  
abieciimus. quod est contumelia et humilitas  
patientia et paupertas. **F**rater quidam in  
terrogauit senem dicens. **S**i quis frater tulerit  
ad me de foris cogitationes suas. dicam ei  
vt non eas afferat ad me. et respondit ei senex.  
**N**oli. et dixit frater. quare. **R**espondit ei senex.  
quia nec potuimus id custodire et ne forte cum  
dicimus primo ne faciat illud. iueniamur  
et nos postea idiplum facientes. **E**t dixit frater.  
**Q**uid ergo debet fieri. **E**t respondit ei senex.  
**S**i uoluerimus taciturnitatem seruare. suffi  
cit primo modus ipse. **I**nterrogatus est  
quidam senex quid esset humilitas. et ille re  
spondit. **S**i peccati fratris in te ignoueris antequam  
quam apud te penitentiam agat. **D**ixit senex. **I**n omni  
temptatione non culpes hominem sed temetipsum  
tantum dicens. quod pro peccatis meis hec euenerit  
mihi. **D**ixit senex. **N**unc propter uinum or  
dinem meum ut aliter ambulare. neque super ali  
quando in humilitate positus. **D**is enim cogita  
tio mea in se erat ut deprecarer deum quous  
que spoliaret me ueterem hominem. **F**rater qui  
dam interrogauit senem dicens. **Q**uid est  
humilitas. **E**t respondit ei senex. **U**t beneficia  
his qui tibi male faciunt. et dixit frater.  
**U**t ueniat homo in hac mensura quod facit  
et respondit ei senex. **F**ugiat eligens taciturnita  
tem. **F**rater aliquis interrogauit senem di  
cens. **Q**uod est opus pegrinationis. et ille  
dixit ei. **S**cio fratrem pegrinantem. qui cum  
uentus esset in ecclesia et contigisset ibi fieri

agapen. sedit ad mēam vt māducaret cum fratribus. **D**ixerūt autē quidā. **I**stū hic quis tenuit. **E**t dixerūt ei. **S**urge et vade hinc foras. **Q**ui surrexit et abiit. **A**lij vō contri frati de expulsiōe ei⁹ egressi sunt et reuocauerunt eū. **P**ost hec interrogauit eū qdaz dicens. **Q**uid putas est in corde tuo qz expullus es et itez reuocatus. et ille ait. **P**osui in corde meo qz equalis essez cani. **Q**ui qñ infectat foras egredit. qñ autē vocat ingreditur. **C**lenerūt quidā aliqui d thebaida ad quendā senē habētes secū vnū qui a demonio vexabatur vt curaret ab illo senē. **S**enex vō cum diu rogaretur dixit demoni. **E**xi de factura dei. **E**t respōdit demon. **E**reo. sed interrogo te vnū sermōnem vt dicas mihi. **Q**ui sunt hedi et q̄ sūt agni. et dixit senex. **H**edi quidē tales sunt qualis ego. agnos vō deus scit. **E**t audiens demon clamauit voce magna dicens. **E**cce ppter istam humilitatē tuā ego ereo. et exiit eadē hora. **M**anebat quidā monachus egyptius in suburbano constātino politane ciuitatis. et dū transiret **T**heodosius iunior imperator p viam illaz reliquit omnes qui in obsequio eius erāt. et venit solus in cellam eius. et pullans ad ostium monachi apernit ei monachus **U**ndēs autem eū agnouit quia imperator esset. sic tamen suscepit eum tanq̄ vnū ex officio militantium. **C**ū ergo introisset fecerunt oratōnem et sederunt. **C**epit autē eū interrogare imperator dicens. **Q**uō sunt patres i egypto. **E**t ille respōdit. **O**rat p salute vestra omnes. **I**mperator autē circūspiciebat i cella eius. si quid haberet et nihil ibi vidit nisi paruā sporellā habentē modicū panis et lagenam aque. **E**t dixit ei monachus. **G**usta modice. et infudit ei panē et immisit oleum et sal et manducauit et dedit ei aquā bibere. **D**ixit autē ei imperator. **S**cis q̄s sim ego. **E**t ille dixit ei. **D**eus te scit quis sis. **L**uc dixit ei. **E**go sum theodosius impator. **I**lle autem statim adorauit salutans eū humiliter et dixit impator. **B**eati estis vos monachi qui securam vitā habetis. et non cogitatis de hoc seculo. **V**eritatē dico. quia in imperio natus sum et nunq̄ ita delectat

sum pane et aqua sicut hodie. **S**atis em̄ et libenter comedi. **E**t cepit extunc honorare eum impator. **S**enex ergo egrediēs fugit. et itez venit in egyptū. **D**icebāt senes. quia quādo temptamur tunc magis humiliamur quoniā deus sciens infirmitatez nostrā protegit nos. **S**i autē gloriāmur. auferet a nobis protectionē suam. et perimus. **C**uidā fratri apparuit diabolus transformatus in angelū lucis. et dixit ad euz. **E**go sum angelus gabriel quate clausisti oculos tuos. ego sum missus ad te. **I**lle autem dixit ei. **V**ide ne forte ad aliū missus sis. ego em̄ non sum dignus vt angel⁹ mittatur ad me. **D**iabolus autē statim nō comparuit. **D**icebāt senes. **Q**uia si vel p vitate angelus tibi appareat. nō suspicias facile. sed humilia temetipm dicēs. **N**ō sum dignus videre angelū viuēs in peccatis. **N**arrauerunt de alio senē quia sedens in cella sua et sustinens tēptationes. viderit demones manifeste et cōtemplērit eos. **C**ū autē diabolus se videret vinci a senē. venit et offēdit se ei dicens. **E**go sum christ⁹ quate clausisti oculos tuos. et rñdens senex ait ei. **E**go hic christū nolo videre. s; in alia vita. **A**udiēs autē h diabol⁹ nō cōpuit. **A**ltez senem volentes seducere demones dixerūt ei. **V**is videre christū. et ille dixit. **A**nathema vobis. et de q̄ dicitis. **E**go autē meo xp̄o dicenti credo. **S**i q̄s vobis dixerit. ecce hic xp̄s ecce illic. nolite credere. **Q**uo dicto statim nō cōparuerunt. **N**arrauerūt de alio senē qz pseuerauit ieiunās septuagīta hebdomadas. semel in hebdomada reficiēs. **D**ic postulabat a deo de quodā sermone scripturarū sanctaz. et nō reuelabat ei de⁹. **D**ixit ergo in semetipso. ecce tm̄ laborē assumpsi et nihil p̄feci. vado ergo ad frēm meū et req̄ram ab eo. **Q**ui cū egressus clausisset ostiū vt abiret. missus est ad eū angelus domini dicens. **S**eptuagīta hebdomade quas ieiunasti nō te fecerūt. primū vō. nūc vō qñ ita humiliat⁹ es vt ad frēm tuūz pergeres. missus sum tibi indicare sermōnē. **E**t aperiens ei de re quā querebat discessit angelus ab eo. **D**icebat senex quidam quia si quis timore dei et humilitate iniungit

fratri aliqd facere. sermo ipse q̄ ppter deum egredit̄ facit fr̄em illū subiectū existere. ⁊ ī plere qd̄ fuerat impatū. si aut̄ q̄s volens iubere fratri ⁊ nō s̄ fm̄ timorē dei fecerit sed quasi p̄ autoritatē. volens sibi in eo potestatem defendere. deus q̄ videt occulta cordis nō pmittit eū audire vel facere qd̄ iubetur. Manifestū est em̄ opus qd̄ fm̄ deum fit. ⁊ itez manifestū est qd̄ p̄ voluntate aut p̄tate inuigū qm̄ qd̄ a deo est cū humilitate ⁊ obsecratione impat̄. qd̄ aut̄ ex p̄tate est cū furorē ⁊ p̄turbatōe. vtpote qm̄ a maligno ē.

**D**ixit senex. Volo vinci magis cū hūilitate q̄ vicere cū supbia. Dixit senex. Nō cōtemnes astantē tibi. qm̄ nescis vtrū in te sit sp̄s dei an in illo. Assistentē aut̄ tibi dico eum q̄ minister tu⁹ est. **F**rater aliq̄s interrogavit senē dicens. Si habito cū alijs fratribus. ⁊ video aliquā rem inconuenientem. vis vt loquar. ⁊ dixit ei senex. Si sūt aliqui maiores tibi aut coetanei. tace magis et requiem habebis. In hoc em̄ q̄ te minorem facies etiā securuz te reddes. Dicit ei frater. Quid ergo facio pater. perturbat em̄ me spiritus. Dicit ei senex. Si laboras cōmonefacito semel humiliter. Si autē non obediunt tibi relinque laborē tuū in conspectu dei ⁊ ipse te cōsolabitur. Hoc est enim vt projiciat se dei cultor coram deo et relinquat ipse voluntates suas. Attende autem tibi vt fm̄ deum sit solitudo tua. et tñ quomodo video bonū est tacere. Humilitas em̄ tibi est taciturnitas. **F**rater quidaz interrogavit senē dicens. Quid est p̄fect⁹ hōis. Et r̄ndit ei senex. p̄fectus hōis est humilitas. Quantū em̄ quis ad humilitatem inclinatus fuerit. tantū eleuabit̄ ad p̄fectuz.

**D**ixit senex. qz si q̄s dicat alicui ignoscite mihi humilians se. cōburet demones tēptatores. **D**ixit senex. Si acq̄sieris taciturnitatē. nō habetas apud te me ipsum q̄si aliquā virtutē iam obtinueris. sed dic qz indignus sum loqui. **D**icebat senex quidā. Nisi velauerit pistoz oculos animalis circumcūctis ad molā. cōuertet se aial ⁊ comedet labores suos. ita ⁊ nos velamen accipimus fm̄ dispensationē dei. ne videamus q̄ opamur bona. ⁊ beatificātes forsitā nosmet

iplos pdamus mercedē nostrā. Propterea ḡ relinquitur p̄ interualla temporū sūt ⁊ semel sordidas cogitatōes assumere. vt cuz ealdē cogitatōes aspiciamus. nosmetiplos p̄prio iudicio cōdemnem⁹. De em̄ sordide ip̄e cogitatōes velamen sūt ipsi⁹ modici boni opis. **Q**uā aut̄ hō seipsum accusat. non perdit mercedē suā. **D**ixit senex quidam volo magis doceri q̄ docere. **I**tē dixit. nō doceas ante tps. alioquin omi tpe vite tue minoraberis intellectu. **I**nterrogat⁹ est q̄dam senex. Quid est humilitas. Et r̄ndēs dixit. Humilitas magnū opus ē ⁊ diuinū. **Q**uia aut̄ hūilitatis hoc est. vt labores corporales assumi debeat. ⁊ ascribat seipm̄ hō peccatorē ⁊ ponat se subiectū hominib⁹. ⁊ dixit frater. quid est esse sub hōib⁹. r̄ndit senex. hoc est esse subiectū hōib⁹ vt nō attendat q̄s aliena peccata. s̄ sua sp̄ aspiciat. ⁊ de peccetur sine intermissione deum vt ignoscat.

**R**ogauit qdā frater senē dicens. Dic mihi vnā rem quā custodiā ⁊ viuā p̄ eā. et dixit ei senex. Si potueris cōtumeliā pati et sustinere. magnū est b̄ ⁊ sup omnes v̄tutes. **D**ixit senex. Qui p̄temptum ⁊ iniuriā ⁊ damnū patiēter fert p̄t salu⁹ esse. **D**ixit senex quidā. Non habetas noticiā cū abbate neq̄ frequenter adiungeris ei. qm̄ ex hoc fiducia sumes ⁊ desiderare incipies vt te neas etiā ip̄e primatū. **F**rater quidaz erat in p̄gregatōe ⁊ omne p̄odus qd̄ fratribus iminebat ip̄e suscipiebat. ita vt se etiā in fornicatōe accusaret. **Q**uidā aut̄ fratres ignorātes actus eius ceperunt murmurare aduersus eū dicētes. Quāta mala fecit hic ⁊ nec opatur. **A**bbas aut̄ sciēs q̄ agebat fē ille dicebat fratrib⁹. pl⁹ volo vnā mattulaz istī⁹ fratris cū hūilitate q̄ oēs vestras cum supbia. Et vt demōstraret ex dei iudicio. q̄ lis esset frater ille attulit oia q̄ opati fuerāt alij fr̄es ⁊ mattā ei⁹ de q̄ q̄rebant ⁊ accēdit ignē ⁊ iactauit ī mediū. p̄sūpta qz sūt opa ⁊ matte illoz oia. matta aut̄ fratris illi⁹ illesa p̄māsit. **H**oc aut̄ vidētes illi fr̄es timuēt ⁊ p̄niam corā illo egerūt. h̄ntes eū deinceps velut p̄sem. **I**nterrogat⁹ est quidaz senex quō quidā dicerēt videre se aspectū angelorum. ⁊ r̄ndit dicēs. **B**eat⁹ est q̄ peccatuz

suū sp̄ videt. **F**rater aliq̄s stristabat ad  
uersus aliū fratrem. q̄s audiēs ille venit fati-  
facere ei. Ille aut̄ non aperuit ei ostiū celle  
sue. **P**erterit ḡ ille ad quendam senē et dixit  
ei causam. **E**t t̄ndit ei senex **V**ide ne q̄si iu-  
sticiam adhibeas cause apud teip̄m ī corde  
tuo tanq̄ culpatur? fr̄em tuū. vt q̄i illū rep̄-  
hendas et teip̄m iustifices. et p̄pterea nō te-  
tigit deus cor ei? vt ap̄iret tibi. **C**lericū B  
est q̄s dico tibi. vt si vel ille peccauit ī te po-  
nas in corde tuo quia tu in illo peccaueris  
et fratre tuū iustifica. et tūc deus dat ī corde  
illius concordare tecū. **E**t narrauit illi exē-  
plum tale dicens. **D**uo quidā erant secula-  
res et religiosi et colloquentes secum egressi  
sunt. et facti sunt monachi. **E**mulationē au-  
tem habētes vocis euāgelice. sed nō fm̄ sci-  
entiam. castrauerūt se quasi p̄pter regnum  
celoz. **A**udiēs aut̄ hoc archiep̄s excomuni-  
cauit eos. **I**lli aut̄ putātes qz bñ fecissent. ī-  
dignati sunt cōtra eū dicētes. **N**os p̄pter  
regna celoz castrauim? nos et excomuni-  
cauit nos. **E**am? et interpellem? aduersus  
eum hierosolimoz archiep̄m. **A**bentes ḡ  
indicauerūt ei h̄comia **E**t dixerūt eis arch-  
iep̄scopus hierosolomitaz **E**t ego vos ex-  
comunico. **E**x quo iterū p̄tristati abiēt an-  
thiochiam ad archiep̄m et dixerūt ei omnia  
que acta fuerāt circa se. **E**t ille similiter ex-  
comunicauit eos. **E**t dixerūt ad semetip̄os  
**E**amus romā ad patriarchaz et ip̄e nos iu-  
dicabit de omnibus istis. **E**untes ergo ad  
summū archiep̄m romane ciuitatis sug-  
gesserunt ei que fecerūt eis memorati ep̄i.  
dicētes. **V**enim? ad te qz tu es caput oīm.  
**D**ixit eis et ip̄e. **E**t ego vos excomunico. et  
segregati eritis. **T**ūc defecerūt extorres to-  
tius p̄siliū et dixerunt ad semetip̄os. **I**sti ep̄i  
sibi inuicē defertūt et p̄sentūt. p̄pter q̄s ī ly-  
nodis cōgregātur. sed eamus ad illū virū  
dei sanctū epiphaniū ep̄m de cypro. qz pro-  
p̄ta est et p̄sonā h̄ois nō accipit. **C**ū aut̄ p̄-  
ximarent ciuitati ei? reuelatū est ei de ip̄is  
et mittēs in occursum eoz mādauit eis. ne ī-  
trectis ciuitatē istā. **T**ūc illi in se reuersi di-  
xerunt. **I**n veritate nos culpabiles sumus  
**E**t quid ḡ nosip̄os iustificamus. **N**unq̄d  
quia illi nos iniuste excomunicauerūt. eti-

am et iste p̄p̄ta. **E**cce em̄ de? reuelauit de  
nobis. et rep̄henderūt semetip̄os valde. si-  
militer et culpā quā fecerāt. **T**ūc vidēs de-  
us q̄ corda nouit. qz se in veritate culpabiles  
fecerāt reuelauit ep̄o epiphaniū et vltro mi-  
si et adduxit eos. **E**t p̄solatos eos suscepit  
in cōmunionē. et scripsit de eis archiep̄o ale-  
xandrie dicēs. **S**uscipe filios tuos. qm̄ in  
veritate p̄niam egerunt. **E**t addidit senex  
qui hoc exemplū narrauerat dicēs. **H**ec ē  
sanitas hoīs. et hoc est q̄s vult de? vt homo  
culpā suā p̄ficiat añ deum. **H**ec cū audis  
frater fecit fm̄ verbū senis. et p̄gēs pulsauit  
ostiū fratris. **I**lle aut̄ mox vt lenis eū pri-  
mus apud illum deint? p̄niam gessit. apuit  
qz statim ostiū et osculati sunt se inuicē ex  
aīmo. et facta est inter vtrosqz pax magna.  
**D**uo monachi q̄ erāt etiā carnales fr̄es  
habitabāt sibi et volebat diabolus separe eos  
ab inuicē. **S**emel ḡ vn? q̄ erat iunior etate  
incēdit lucernā et posuit eā sup̄ cādelabū.  
**F**ecit aut̄ opa sua demon et euertit cādelā/  
brū. p̄ qua te cecidit eū maior frater cū ira  
**I**lle aut̄ p̄niam egit dicēs ei. **H**abe patiā  
in me frater. et itez accēdā eā. **E**t ecce vtul-  
dñi venit et torquebat demonē illū vsqz ma-  
ne. **D**emon aut̄ nūciauit p̄ncipi suo quid  
factū fuisset et audiuit sacerdos paganorū  
id q̄s retulerat demon. et egressus fact? est  
monach? et ab initio p̄uersatiōis sue tenuit  
humilitatē dicēs. **H**ūilitas soluit omnē  
virtutē inimici sic ego audiui demones lo-  
quētes dicēdo. qz qm̄ p̄turbam? mōachos.  
p̄uertit vn? ex eis et agit p̄niam et destruit  
omnē virtutē nostrā

**E**xPLICIT LIBER DE HUMILITATE

## INCIPIT LIBER DE PE- NITENTIA.

**I**cebāt fratres de abbate Ge-  
lasio quia habuerit codicem in  
mēbranis valentē solidos. x. et  
octo. **C**ontinebat enim vct? et  
nouum testamentū totū. et positus erat cor-  
dex ip̄e ī eccl̄ia. vt q̄ vellet de fr̄ibz legeret ī

eo. **S**upueniēs autē quidā frater pegrinus applicuit ad senē. et vidēs codicē illū cōcupuit. et furatus est eū et exiit atq; discessit. **S**enex autē nō est securus post eū vt cōp̄henderet eum. cū vtiq; intellexisset qd̄ fecerat. **I**lle autem p̄gens in ciuitatē querebat cui venderet eum. **E**t cum inuenisset qui vellet emere cepit sedecim solidos p̄ciū ipsius p̄stulare. **I**lle vero volens comparare dixit **D**a mihi primū vt ostendā eū et sic dabo tibi p̄ciū. **D**edit ergo illi codicē ad ostēdendum alicui. **Q**uē accipiens ille qui emere cupiebat attulit eum ad abbatē gelasium. vt p̄baret si bonus esset codex aut li tantuz valeretur. **D**ixerat em̄ ei et quantitatē quā venditor postulabat. **E**t dixit senex **G**elasius. **E**me illū quia bonus codex est et valet hoc p̄ciū quod dixit tibi. **I**lle autē retulit venditori aliter et non sicut audierat a senē. **D**ixitq; **E**cce ostendi codicē illum abbati **G**elasio. **E**t dixit mihi. quia bonus est. s; non valet quantū dixisti. **I**lle hoc audiēs dixit ei. **N**ihil aliud dixi senex. **E**t respondit. nihil. **T**unc dicit ei. **J**am nolo vendere codicem istū. **C**ompunctus autē venit ad senem penitentiā agens et rogans eum vt codicē recipere. **S**enex autē nolebat eū recipere. **T**ūc dixit ei frater. **Q**uia si nō recipis eū non possis securus esse. et dicit ei senex **S**i non potes securus esse nisi recipiā. ecce recipio eū. **E**t remansit frater ille apud eū vsq; ad exitū suū. p̄ficiens de patientia senis. **F**actus est aliquādo puentus in cellis p̄ quādam causā. et locutus quidē euagrius abbas et dixit ei p̄sbyter monasterioꝝ. **S**cimus abba euagri. quia si esses in patria tua forte aut episcopus eras aut multoz caput. nūc autē hic velut pegrinus sedes. **I**lle vero cōpunctus non quidē turbulenter aliqd̄ rēdit sed mouens caput respiciens ad terrā digito scribebat. et dixit eis **R**euera fratres ita est. **S**edente aliq̄ndo abbate **J**ohanne breui statura ante eccliam. circūdedē eum fratres et exquirebāt ab eo singuli de cogitationib; suis. **Q**uidā autē senex **B**audiens accēsus inuidiā dixit ei. **S**uriscula tua abba **J**ohānes plena veneno est. et rēdit ei abba **J**ohānes **I**ta est abba. **H**oc au

tem dixisti qz ea que foris sunt tantūmodo vides. **S**i autēz videres que intro sunt qd̄ eras diciturus. **D**icebāt de iohāne minore de thebaida qui fuit discipulus abbat̄is anthoni. quia duodecim annos fecerat in ministerio seruies seni in infirmitate eius. et post hoc sedebat sup̄ mattā. **S**enex vero cōtristabat p̄ eo. **E**t cū multū laborass; cū illo. nunq; dixit ei. sanus esto. **Q**uā autē iam moriturus erat. residentib; sēbus loci tenuit manū eius et dixit. **S**anus sis. sanus sis. sanus sis. **E**t tradidit eū sēbus dicens **H**ic angelus est nō homo. **D**icebant de abbate **I**sidoro q̄ erat in scithi. qz si q̄s habuisset fratrē infirmū aut pusillanīm aut iuriolum. et volebat eum expellere foras. ille dicebat **A**dducite eum ad me. et apprehēdens eū patientiā sua curabat aim fratris illius. **A**bbas **N**achari in egypto positus inuenit hominē qui adduxerat aim et rapiebat que habebat. **I**pe vero pegrinus astitit furi et adiunabat eū ad aim onerādū et cū omni quiete deduxit eum. dicens in semetipso. **N**ihil intulimus in hunc mundū sed dominus dedit et sicut ipse voluit ita factum est b̄ndictus in omnib; de. **F**acta aliquando p̄gregatione fratrum in scithi cui; voluissent senes. p̄bare abbatē moysen. contempserūt eū dicentes. **U**t qd̄ iste ethiops in mediū nostrū venit. **I**lle autē audiens tacuit. **C**ū vero dimissus fuisset puentus. dixerunt ei hi qui iniuriōse eū tractauerant. **N**ec modo nō es turbatus. et ille respōdit **T**urbatus sum et nō sum locutus. **P**aysius frater abbat̄is pastoris habuit affectū cum quodā monacho ex cella sua. **A**bbas autēz pastor nolebat hoc. **Q**ui p̄surgens iuit ad abbatē ammona. et dicit ei. **F**rater me; paysius habet cū quibusdā affectū. qd̄ ego nō libenter fero. **D**icit ei abbas **A**monas. **A**bbas pastor adhuc viuus vade in cellam tuā et pone in corde tuo quā iam annū habes in sepulcro. **D**ixit abbas pastor. **D**is labor quicunq; euenerit tibi ex taciturnitate supatur. **Q**uidā frater lesus ab alio fratre. venit ad abbatē **S**ysoi thebēū et dixit ei. **L**esus sum a quodā fratre. et volo me ego vindicare. **S**enex autem rogabat eum

dicēs. noli fili. sed dimitte magis deo vinctā. Ille autē dicebat. Nō quiesco donec me fortiter vindicauero. Dixit autē senex. Quia hoc semel statuisi apud te. surge oremus. Et surgēs senex dixit. De? iā nobis nō es necessari? q: nos ipsi et volum? et possumus nos vindicare. Hoc autē audiēs frater cecidit ad pedes senis illi? dicēs. Iā nō ptendā cū fratre illo s; rogo ignosce mihi.

**Q**uidā vidēs quendā religiosū portatē mortuū in lecto. dicit ei. Mortuos portas vade et viuētes porta. Dicebant de quādam monacho. q: qnto quis appetisset aut exacerbasset eum. tanto magis ille ad eum percurrebatur dicens. Quia hmoi causa hoies corriguntur ab his q in cōversatione studiosi sunt. Nam qui eos beatificāt magis cōfundunt animas eorū. Scriptū est em̄. quia q beatificant vos seducunt vos.

**V**enerunt aliquando latrones in monasteriū cuiusdā senis. et dixerunt ad eū. Omnia que in cella tua sunt tollere volumus. Et ille dixit. Quantū vobis videtur tollite filij. Tulerunt ergo quocūq; inuenerūt in cella senis et abierunt. Obliti sunt autē ibi sacculum quō erat absconditū in cella. Senex vero tollens eum secutus et post eos clamās et dicens. Filij tollite quō obliti estis in cella. Illi vero admirātes patientiā senis. reuocauerunt omnia in cellam eius. et pniā egerunt omnes ad inuicē dicētes. Hic vere hō dei ē.

**F**ratres quidā venerūt ad quendā senē sedentē in deserto loco. et inuenerūt foris extra monasteriū pueros pascentes porcos et loquētē verba que nō decebāt. Postq; vero viderūt senē et indicauerūt ei cogitationes suas et de responsione eius se pfecisse senserunt: dicunt ei. Abba quō acq̄scis tecum habere pueros istos. et non p̄cipis eis vt cōstringātur. et dixit senex. Credite mihi fratres. dies habeo multos et quo volo eis precipere. et redarguo me ipsum dicēs. Si v̄ parum nō portauero quō maiorē temptationē si pmiserit mihi deus inferri portare possū. Et p̄terea nihil eis dico vt fiat cōsuetudo portandi ea que supuenerint.

**N**arrauerunt de quodā senē qui habuerit puerulū cōhabitāntē secū. et vidēs euz

quia fecerit opus quō non expediebat ei. dixit ei semel. Non facias hāc rem. et ille nō obediuit ei. Hoc autē senex videns abiecit de cogitatione sua curam illius iactans proprium iudiciū sup ipso. Puer autē clausit ostium celle in qua erāt panes p tres dies. et dimisit senē ieiunum et nō dixit ei senex.

**U**bi es aut quid facis foris. habebat autē vicinū senē. qui cuz agnouisset q: tardaret puer ille. fecit pulmentū modice et dabat ei p parietē et rogabat vt gustaret. et dicebat seni. Quid tardat frater ille foris. Senex vero dicebat. Quando ei vacauerit reuertet.

**N**arrauerunt aliqui. Quia philosophi quidā aliqui voluerūt pbare monachos et venit vnus monach? transiēs stola indutus et bene vestit? et dixerūt ei philosophi Tu veni huc monache. Ille vero indignat? iniurijs aggressus est eos. Transiit et alter monach? magn? rustic? genere. et ipsi dixerūt ei. Tu monache male senex veni huc. Ille vero cursim venit. et ceperunt ei alas dare. Ille autē conuertit eis aliam maxillam. Statim vero philosophi illi surrexerunt. et adorauerūt eū dicētes. Vere hic est monachus. Et fecerūt eum sedere in medio sui et interrogauerūt eū dicētes. Quid est quō plus facitis nobis in solitudine ista. Ieiunatis et nos ieiunamus. Castigatis corpora vestra et nos castigamus. S; et quid quid aliud facitis et nos facimus. Quid g plus facitis nobis sedentes in heremo.

**R**espondit eis senex. In gratia dei speram? nos et mentē nostrā custodim?. et illi dixerunt ei. Nos hoc custodire nō possumus. et edificati dimiserunt eū.

**S**enex quidā erat hōis probatū discipulū quē aliquādo cōtristans expulit foras. Ille vero expectabat sedens foris. Et aperiens senex ostium inuenit eū et penitentiā egit apud eum dicens. Ab hoc dierno die tu pater meus es. qm̄ humilitat et patientia tua vicit pusillanimitatē animi mei. Veni ḡ intus. amodo em̄ tu p̄ et senex ego aut iuuenis et tu? discipul?. qm̄ opere tuo superasti senectutē meā.

**D**icebat quidā senū q; audierit ab aliquo viro sc̄to esse iuuenes qui ducatū p̄beant senibus in vita ista et narrauit dicēs. quia erat quidam

ebrius sener. et opabatur vnā mattā in die ⁊ vendebat eam in vicino vico. ⁊ bibe-  
bat qđ accipiebat de p̄cio eius. Postea er-  
go venit ad eū iuuenis quidā frater et ma-  
nebat cum ipso. qui similiter opabat ⁊ ipse  
mattā vnā. Tollebat autē sener. ⁊ vende-  
bat ⁊ ambarū matta ⁊ p̄cium expendebat in  
vino. Illi autē fratri afferebat tantū mō mo-  
dicū panis ad vesp̄rā. ⁊ tū b̄ trienio iugiter  
faceret. nihil locut⁹ est frater ille. Post hęc  
vero dixit frater ille in semetipso. Ecce nu-  
dus sum ⁊ panē cum egestate comedo. sur-  
gam ergo ⁊ discedā hinc. Itē autē cogita-  
uit in semetipso dicēs. Ubi habeo ite. Se-  
debo hic. Ego em̄ p̄pter deū sedebō i hac vi-  
ta cōmuni. Et statim apparuit ei angel⁹ dñi  
dicens. Nulq̄ discedas. veniemus em̄ ad  
te cras. Et rogauit frater senē dicēs. Non  
discedas hincalibī. qz venient hodie mei  
tollere me. Cū ergo facta esset hora so-  
lebat sener descendere ad vicum dicē fratri  
Non venient hodie fili. iam em̄ tarde ē. Et  
ille dixit ei. Omnino scias quia veniēt. Et  
duz hęc loqueret⁹ dormiuit in pace. Sener  
autē flebat dicens. Heu heu me fili. qz mul-  
tis annis sub negligētiā vino. tu autē paruo  
tpe saluam fecisti p̄ patientiā animā tuam.  
Et ex illo die factus est sener sobrius et p̄-  
batus. Dicebat de quodā fratre qui se-  
ni cuidā magno vicinus erat. qz ingrede-  
retur ⁊ raperet quidqđ habebat sener in cella  
sua. Glidebat autē sener ⁊ nō obiurgabat eū  
sed extorquebat sibi plus solito manib⁹ ope-  
rari dicēs. Credo opus habet iste frater.  
Et exigebat a se maiore solito laborem. et  
astringebat ventres suum vt cū indigentia  
comederet panē suū. Cū autē mori cepisset  
sener ille circūsteterūt eū fratres. ⁊ respici-  
ens in eū qui furabatur. et dicit ei Iunge te  
huc ad me. et tenuit ⁊ osculat⁹ est man⁹ ei⁹  
dicens. Gratias ago istis manib⁹ fratres.  
quia p̄pter ipsas vado ad regnum celoz. Ille autē  
cōpunctus et p̄niam agens factus  
est ⁊ ip̄e pbatus monachus exēplū sument  
de actib⁹ magni senis illius. **S** Fuit q̄  
dam meretrix noīe thais tante pulcritudi-  
nis vt multi p̄pter eā venditis substātis su-  
is pene ad vltimā puenirent paupertatē. ⁊

amatores sui p̄ zelo l. tibus inter se cōfertis  
frequenter puelle limina sanguine iuuenū  
replebant. Quō cū audisset abbas paphun-  
cius sumpto habitu seculari ⁊ vno solido p̄-  
fectus est ad eaz ad quandā ciuitatē egypti  
deditq̄ ei solidū quasi p̄mercede peccādi.  
Illa accepto p̄cio ait illi Ingrediamur do-  
mum. Cū autē ibi esset et lectū p̄ciosus vesti-  
bus stratū ascēdere inuitaret dicit ad eam.  
Si est interius cubiculū in ipsam eamus  
Illaq̄ dixit. Est quidē cubiculū vbi null⁹  
ingreditur. sed deo nō est locus qui diuini-  
tatis eius oculis abscondat. Quō cū sener  
audisset dixit ei. Et scis esse deū. Cū autem  
respondisset se scire deū et regnū futuri se-  
culi. nec nō ⁊ tormēta peccatoz. Dixit ei se-  
ner. Si ergo hęc nosti. cur tantas animas  
perdidisti. vt nō solum p̄ tua sed ⁊ illorum  
animab⁹ reddita rōne dāneris. Illa vero  
hec audiēs puoluta ad pedes abbatis Pa-  
phuncij exorabat dicēs. Scio esse p̄niam  
pater ⁊ p̄fido remissionē peccatoz sortiri  
te exorāte. tm̄ peto tribu horis inducias vt  
post hęc vbi iusseris ad te veniā. et qđcūq̄  
p̄ceperis faciā. Cūq̄ locū illi abbas consti-  
tuisset quo venire deberet illa collectis om-  
nib⁹ quecūq̄ ex peccato suscepit. platisq̄  
in mediā ciuitatē cōbussit clamās. Venite  
omnes qui peccastis mecum ⁊ videte quōes  
que mibi cōtulistis exurā. Erat autē p̄cium  
eoz bonoz quadringentarū librarum auri.  
Cūq̄ omnia cōsumpsisset in locū quē ei ab-  
bas p̄stituerat prexit. Quā ille reperto vir-  
ginum monasterio i cella pua claudēs osti-  
um celle plūbo signauit. puamq̄ fenestraz  
reliquit p̄ quā ei vict⁹ modicus inferretur  
iussitq̄ omnib⁹ dieb⁹ parū panis ⁊ paulu-  
lum aque a ministris ministrari. Cū autē se-  
ner ostio plumbato discederet ait Thais.  
Quo iubes p̄ vt ex naturali meatu aquam  
meā fundā. At ille r̄ndit in cella. Sic em̄  
digna es. Cū iterū quēadmodū deū deberz  
orare inquireret dixit ei sener. Non es di-  
gna noiare deū necq̄ in labijs tuis nomē di-  
uinitatis imprimere sed nec ad celū man⁹  
expādere. qm̄ labia tua iniquitate sunt ple-  
na. ⁊ man⁹ tue sordib⁹ inquinata. sed tantū  
modo incumbēs p̄tra orientez aspice. hunc



sermonē semp iterās qui me plasmasi mi  
serere mei. Cū ergo tribus annis ita fuisset i  
clusa adoluit ei abbas paphunci? .7. mox p  
fectus est ad abbatē anthoniū vt ab eo req̄  
reret si remisisset illi de? peccata an nō. Cū  
ergo causam rei narrasset conuocatis disci  
pulis suis abbas Anthoni? p̄cepit vt illa  
nocte omēs vigilarēt .7. in orōne p̄sisterent  
singillatim quaten? vni alicui ex his decla  
raret de? causam. p̄ qua abbas paphūcius  
venerat. Cū ergo singuli secessissent .7. inces  
santer orassent abbas Paul? maior disci  
pulus beati anthoni? abbatis. vidit subito  
in celo lectū p̄ciosis vestib? adornatū quē  
quattuor r̄gines clara facie custodiebant.  
Cūq; paul? intra se diceret. nō est hec ḡ  
tia alteri? nisi patris mei anthoni?. vox ad  
eū diuina facta est. Nō patris tui Antho  
ni? sed thaidis meretricis est. Quō cū ma  
ne facto abbas paul? retulisset. cognita de  
volūtate abbas Paphūcius cū gaudio dis  
cessit. .7. p̄fectus ad monasteriū in q̄ erat in  
clusa: ostiū qd̄ obstruxerat dissipauit. Illa  
vero petebat vt adhuc p̄maneret diuti? in  
clusa. Cū vero aperuisset ostiū dixit. Egre  
dere qm̄ deus dimisit tibi peccata tua. Illa  
r̄ndit Testor deū qm̄ ex quo hic ingressa sū  
ex omnib? peccatis meis feci velut larcinaz  
7. statui ante oculos meos. Et sic nō disce  
dit anhelus de narib? meis vna hora. sic  
nec discesserūt peccata mea ab ocul? meis.  
sed flebā illa semp p̄siderās. Cui abbas re  
spondit. Nō p̄pter p̄niam tuā dimisit tibi  
deus peccata tua. sed qz semp hūc timorem  
habuisti in animo. Et cū eaz inde eduxisset  
quindecim dies supuixit tm̄. et quieuit in  
pace. **¶** Quidā frater sedebat in cella i  
egypto magna humilitate p̄cipuus. habe  
bat aut̄ forozē in ciuitate meretricē q̄ mul  
tis animab? p̄ditio fuerat. Frequēter ḡ mo  
nebant senes fratē illū .7. vix potuerūt ei p̄  
suadere vt veniret ad eā quaten? p̄ admo  
nitionē eius posset peccatū qd̄ p̄ eam fiebat  
terminari. Dū ergo veniret ad locū quidā  
ex notis vidēs eū p̄cessit .7. nūciāuit mulieri  
dicens. Ecce frater tu? venit ad te de here  
mo. Illa aut̄ p̄ gaudio relictis amatorib? suis  
quib? ministrabat capite discoopto ad

occurrēdū fratri egressa est. Et cū vidisset  
eum dū temptaret illū amplecti dixit ei il  
le. Soroz mea charissima p̄ce iā aīme tue.  
qm̄ p̄pter te multi peunt. Cōsidera quāta  
habes tormēta p̄parata nisi cito penitere se  
stinaueris. Illa aut̄ cōtremiscens dicit ad  
eū. Et scis frater qz est mihi sal? vel amor  
do. Cui ille dixit. Si volueris adhuc tibi  
salus ē. Illa aut̄ iactans se ad pedes fratris  
sui petebat vt eā secū adduceret in desertū.  
Cui frater suus dixit. Vade .7. cooperi ca  
put tuū .7. sequere me. Cui illa r̄ndit. Eam?  
aut velociter. oportet em̄ me deformare .7. in  
ter hoies pot? nudo capite deambulare q̄  
in officinā peccati mei iterū ingredi. Dū au  
tem pariter ambularēt monebat frater eaz  
ad p̄niam. Vidēs aut̄ ille quia quidaz frēs  
obuiarent ei dicit ad eā. Qm̄ necdū omēs  
sciunt qz soroz mea sis parum de via secede  
donec isti trāseant. Quō cum fecisset postq̄  
transierūt illi vocauit eā frater su? dicens.  
Veni soroz mea eam? viā nostrā. Illa au  
tem nō r̄ndit ei. Perquirēs ergo ille inue  
nit eā mortuā .7. vestigia pedū ei? plena san  
guine. erat em̄ discalciata. Tūc ille flens et  
eiulans nūciāuit seniorib? patrib? omnia q̄  
facta fuerant. At illi cōtendebāt inter se d̄  
saluatione eius. Manifestauit aut̄ domin?  
vni seni de ipsa eo qz nulla cura illi fuit d̄ re  
corpali. sed vt p̄p̄riū vuln? sanaret neglexit  
oīa sua. .7. suspirauit ḡnter .7. fleuit. p̄ pctō  
suo. p̄pterea suscepit de? p̄niam ei?.

**¶** Explicet liber de penitentia.

## Incipit liber de cha ritate.

**D**ixit abbas Anthoni?. ego iam  
nō timeo deū sed amo. qz amor  
foris mittit timorem. **¶** Dixit  
itez. Quia de p̄ximo est vita  
7. mors. Si em̄ lucratur fraterz lucrabim̄  
christū. Si autē scandalisam? fratē i chri  
stum peccam?. **¶** Abbas Ammon de loco  
nytrie venit ad abbatē anthoniū et dixit ei.  
Uideo qz maiorē laborē q̄ tu sustineo. .7. qz  
modo nomē tuū magnificatū est in hoibus

## Folium

sup me. Et dixit ei abbas Antonius. **Q**uoniam  
et ego diligo te plus quam tu. **V**enit aliquando  
abbas Hylarion de palestina ad abbatem An-  
thonium in monte. Et dicit ei abbas Antho-  
nius. **N**on venisti lucifer qui mane oris. Et  
dicit ei abbas Hylarion. **P**ax tibi columna  
lucis qui sustines orbem terrarum. **D**ixit abbas  
marcus abbati arsenio. **Q**uare nos fugis.  
Et dixit ei senex. **S**cit de? quia diligo vos. sed  
non possum esse cum deo et hominibus. **S**uperiorum  
enim virtutum milia et milia milia vna ha-  
bent voluntatem. habent boves autem multas vo-  
luntates. **N**on possum ego deum dimittere et  
venire et esse cum hominibus. **D**ixit abbas  
agathon. quia secundum voluntatem meam nunquam vobis  
mihi retines in corde dolorem quem aduersus  
aliquem. necque dimisi dormire aliquem ha-  
bentem aduersum me aliquid. **A**scendente ali-  
quando de scithi abbate Iohanne cum alijs fra-  
tribus erravit qui eis ducatum prebebat in via.  
erat enim nox. Et fratres dixerunt abbati Jo-  
hani. **Q**uid faciam? abba quia erravit frater  
iste de via. ne forte moriamur errantes. Et  
dixit eis senex. **S**i dixerim? ei aliquid contra-  
stabilis. **S**ed ecce facio me ipsum quasi defunctum  
et dico me non posse ambulare. sed iaceo hic  
usque mane. et fecerunt sic. **S**ed et reliqui  
dixerunt. **N**ec nos ibimus? **S**edebimus te-  
cum. Et sederunt usque mane ne obiurgaret  
fratrem illum. **E**t senex quidam erat in egypto  
antequam veniret illuc abbas pastor. **I**lle  
autem senex habebat noticiam hominum et multum ho-  
nozem. **C**um ergo ascendisset abbas pastor de  
scithi cum suis. dimiserunt homines senem illum. et  
venerunt ad abbatem pastorem. **D**uctus autem inui-  
dia senex male loquebatur de eis. **H**oc audiens  
abbas pastor tristitabat. et dixit fratribus suis.  
**Q**uid faciam? de senes isto magno. quia  
nos in tribulationem miserunt homines derelin-  
quentes senem. et ad nos qui nihil sumus atten-  
dentes. **Q**uomodo ergo possumus sanare eum? **E**t  
dixit eis. **F**acite aliquid ad gustandum. et tollite  
vasculum vini et eamus ad eum et simul gus-  
temus. **f**orsitan per hoc possumus sanare animam  
eius. **T**ulerunt ergo quos paucis cibis et pre-  
xerunt ad eum. **E**t dum pulsassent ad ostium re-  
spondit discipulus eius dicens. **Q**ui estis. **E**t  
illi dixerunt. **D**ic abbati tuo. quia abbas Pa-

stor est et desiderat benedicere per vos. **H**oc autem  
nunciante ei discipulo eius ille mandavit dicens  
**V**ade quia mihi non vacat. **I**lli autem perseveran-  
tes in caumate dixerunt. **N**on discedimus nisi  
si meruerim? benedictiorem senis. **S**enex  
autem videns perseverantiam eorum et humilitatem  
compunctus aperuit eis. et intrantes gustave-  
runt cum eo. **C**um vero manducaret dixit senex  
**I**n veritate dico mihi? est quod audiui de vobis  
centuplum enim est quod video in opere vestro fa-  
ctus est ergo eis amicus? ex illo die. **D**ixit  
abbas pastor. **C**onare secundum virtutem tuam nul-  
li omnino facere malum et castum serva cor tu-  
um cum omni homine. **I**terum dixit. **N**on est ali-  
quid maius in dilectione quam ut animam suam po-  
nat quis pro proximo suo. **E**t enim si quis audies  
sermonem triste cum posset ipse id facere certet  
atque sustineat et non tristat enim. **v**el etiam si les-  
sus in te aliqua patienter tulerit non retribu-  
ens tristat atque ledet se. **e**o modo homini homi-  
ni animam suam ponit pro proximo suo. **C**ogit  
aliquando abbatem Pambou iterum cum fratribus in p-  
tes egypti facere et videns quosdam seculares  
sedentes dixit eis. **S**urgite et salutate et oscu-  
lamini monachos ut benedicamini. frequen-  
ter enim cum deo loquuntur et sancta sunt ora eo-  
rum. **F** Dicebant de abbate paphucio  
quia non cito bibebat vinum. **A**liquando autem in itin-  
ere ambulans supervenit in conventum latro-  
num et invenit eos bibentes. **C**ognovit autem  
eum qui erat primus latronum. et sciebat quia  
non biberet vinum. **V**idens ergo eum de multo  
labore implevit calicem vini. et alia manu te-  
nuit gladium euaginatam. et dicit seni. **S**i non  
biberis occidam te. **S**enex vero sciens quia man-  
datum dei vult facere. et volens eum lucrari  
accepit et bibit. **I**lle vero princeps latronum  
penam apud eum egit dicens. **I**gnosce mihi  
abba quia tristavi te. **E**t dixit ei senex. **C**redo  
in deo meo. quia per hunc calicem faciat mise-  
ricordiam tecum. et in hoc seculo et in futuro.  
**E**t respondit latro. **E**t ego credo in deo. quia  
amodo non faciam alicui quicquam mali. **E**t lu-  
cratus est senex omne collegium illorum latro-  
num pro quod se propter deum dimisit voluntati  
eorum. **D**ixit abbas Ihericus. **E**xipe proxi-  
mum a peccatis quanta tibi est virtus sine ini-  
proprio. quoniam de? pervertentes a peccatis non

repellit a se. Verbum autem malicie et nequie non habet in corde tuo aduersus fratrem tuum ut possis digne orare. pater dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. **D**uo fratres erant in cellis. vnus autem ex eis senex erat et rogabat eum quod erat iuuenis dicens. Maneam simul frater. et ille dixit ei. Peccator sum et non possum manere tecum. Ille autem rursus rogabat eum dicens. Etiam possumus. Erat autem senex ille mundus. et nolebat audire quod monachus haberet in cogitatu fornicationem. Et dicit frater. Dimitte me vna hebdomada. et iteque loquamur. Venit ergo postmodum iuuenis ille et volens senem probare dicebat. In magna temptatione incurrit hebdomada ista abba. Pergens enim per ministerio quodam in vico incidit in mulierem. Et dixit ei senex. Est tibi penitentia. et dixit frater. etiam. Senex autem dixit. Ego tecum porto medietatem peccati huius. Tunc dixit frater ille. Nolo scio quia possumus simul esse. et manserunt simul usque ad exitum suum. **D**ixit quidam patrum. Si quis te petierit rem aliquam et violenter perstiteris ei sit voluntas animi in id quod datur sicut scriptum est. quia si quis te angariauerit vnum miliarium vade cum ipso duo. Hoc autem est ut si quis a te petierit rem aliquam des ei ex animo et spiritu. **D**icebant de quodam fratre. quia cum fecisset sportas et imposuisset eis ansas audiuit vicinum suum alium monachum dicentem. Quid facio quod primum est mercatum et non habeo ansas quas imponam sportellis meis. Ille vero resoluit ansas quas imposuerat sportellis suis. et attulit eas fratri illi vicino dicens. Ecce istas ansas superfluas habeo tolle eas et impone sportellis tuis. Et fecit opus fratris sui perficere ad quod opus erat. proprium autem opus reliquit imperfectum. **D**icebant de quodam senem in scythia quod egrotavit et voluit manducare modicum panis recentis. Hoc autem audiens quidam exercitatorum fratrum tulit melorem suam et misit in eam panem siccum et vadens in egyptum mutauit illa per panem recentem et attulit seni. et cum vidissent fratres panes illos recentes mirati sunt. Senex autem nolebat gustare dicens. Quia sanguis fratris illius est. Et rogaue-

runt illum fratres dicentes. Propter dominum comedere ne vacuum sit sacrificium fratris istius. Atque ita rogatus comedit. **F**rater quidam interrogauit quendam senem dicens. Duo sunt fratres ex quibus vnus quiescit in cella sua pertrahens ieiunium sex dierum et multum sibi laborem imponens. alter vero egrotantibus deseruit. cuius opus magis acceptum est deo. Respondit ei senex. Si frater ille qui sex diebus ieiunium leuat appendat se per nares. non potest esse equalis illi qui infirmantibus deseruit. **I**nterrogauit quidam senem quendam dicens. Quomodo sunt modo quidam laborantes in conuersione. et non accipiunt gratiam sicut antiqui. Dixit ei senex. quod tunc charitas erat. et vnus quisque traherebat primum suum sursum. nunc autem refrigerante charitate vnusquisque primum suum deorsum trahit. et propterea gratiam non meremur accipere. **P**errexerunt aliquando tres fratres ad messem et susceperunt certum spacium sexaginta modiorum quod meterent. Vnus autem ex eis ipsa prima die in firmari cepit. et reuersus est ad cellam suam. Duo autem remanserunt et dixit vnus alteri. Ecce frater vides quod incurrit egritudinem frater noster. extorque ergo tu a iocundo tuo paululum et ego meo similiter. et credimus in deo quod per orationem fratris nostri implebimus nos duo opa et metamus partem ipsam. Cum ergo explicassent messem totius loci quem susceperant reuerunt recipere mercedes suas. et vocauerunt fratrem illum dicentes. Veni frater accipe laborem tuum. Et ille dixit eis. Qualem mercedem accipiam quod non messui. Et illi dixerunt ei. Orationibus tuis consummata est messis. veni ergo et accipe mercedes tuas. Facta ergo prima contentione inter eos de hac re. illo scilicet dicente. non accipiam quod non laboravi. illis vero non acquiescentibus nisi et ipse acciperet partem suam abierunt ad iudicium cuiusdam magni senis. et dixit ei ille frater. Perreximus tres ut meteremus in agro cuiusdam vtri ad mercedem. Cum autem venissemus ad locum quem messuri eramus ipsa prima die in egritudine cecidi. et reuersus sum in cellam meam. nec vna die cum eis metere prevalens. et nunc cogunt me fratres isti dicentes. veni accipe mercedes vbi non laborasti. Dixerunt autem et illi fratres. Reuera

## Folium

nos tres p̄ximus metere. et suscepimus  
spaciū sexaginta modiorū q̄d meterem? Et  
si fuisset? toti tres cū grandi labore vir po-  
tuissem? explicare illud. orōm̄bo aut̄ fratris  
hui? nos duo veloci? q̄ tres potuim? et de  
messum? agrum. et dicim? ei. veni accipe  
mercedes tuas et nō vult. Hoc audiens le-  
nex mirat? est et dixit vni de monachis su-  
is. Percute signū in cella fratruū vt cōgre-  
gent se huc omnes. Qui cū venissent dixit  
eis. Venite fratres et audite hodie iustū iu-  
dicium. Et indicauit eis oīa senex. et adiu-  
dicauit fratri illi vt acciperet mercedes suas  
et faceret ex his mercedib? quod ip̄e vellet  
Et discessit frater ille cōtristatus et plorās  
quali p̄iudiciū passus. **I** Dicebat qui-  
dam senex. Quia patres nostri p̄suetudi-  
nem habuerūt venire ad cellas nouorū fra-  
trum q̄ solitarij habitare volebāt et p̄uersa-  
ri. et visitabāt eos ne q̄s eorū tēptatus a de-  
monib? lederet a cogitatōe sua. et si quādo  
aliq̄s eorū inueniebat lesus adducebāt eum  
ad eccliam. et ponebat peluis cū aqua. et si-  
ebat. p̄ eo oratio q̄ in temptationib? labora-  
bat. et lauabāt oēs fratres man? suas in pel-  
uim. et pfundebat aqua illa ille scater q̄ tem-  
ptabat. atq̄ ita statim purgabāt frater ille  
**D**uo senes multis annis simul p̄uersa-  
ti sunt. et nunq̄ inter se litē habuerūt. Di-  
xit aut̄ vn? alteri. faciam? et nos vnā litez  
sicut hoīes faciūt. Et ille r̄ndit fratri dicēs  
Nescio qualiter fiat litis. Et ille dixit ei.  
Ecce pono in medio laterculuz. et ego dico  
meū est hoc. tu autē dic non. sed meū est.  
et ita fit litis initiū. Posuerūt ergo testā in  
medio sui. et dixit vnus eorū. Neum est hoc  
et alter dixit nō. sed meū est. Et ille respon-  
dit ei. Etiā tuū est. tolle et vade. et discesse-  
runt nec p̄tendere inter se potuerūt. Fra-  
ter aliq̄s interrogauit senē quendā dicens  
Si video fratrem de quo audio aliquā culpā  
si possum suadere aīo meo vt introducatur  
i cellā meā. si aut̄ videto bonū fratrem ip̄m li-  
benter suscipio. Et dixit ei senex. Si facis  
bonū bono fratri partū boni facis. illi alteri  
duplū impende. ip̄e est em̄ qui infirmatur.  
**D**ixit quidā senex. nūq̄ desiderauī op?  
q̄d mihi p̄tile esset. et fratri meo dispēdiuz

faceret: h̄mōi habēs spem. qz lucrūz fratris  
mei op? fructificatiōis mihi est. **Q**uidā  
frater erat minister cuiusdā fratris. cōtigit  
aut̄ q̄ vuln? fieret in corpe senis. et sanies  
multa ex eo cū fetore p̄flueret. Dicebat au-  
tem cogitatio sua fratri illi qui deserviebat  
Discede hinc qz nō potes sustinere fetorez  
putredinis isti? Ille vō frater vt repame-  
ret h̄mōi cogitationē tulit vas aque et laua-  
bat vulnus senis illius. et recollegit ip̄am  
aquā in vase. et quotiēs sitiebat ex ipsa bibe-  
bat. Cepit autē itez cogitatio sua sollicitare  
eum dicēs. Si nō vis fugere vel nō bibas  
fetore hunc frater aut̄ ille laborabat et tole-  
ranter ferebat bibēs lauaturā vulneris illi-  
us. Et cū ita ministraret seni vidit de? labo-  
rem charitatis illi? et illā lauaturā in aquā  
mundissimā vertit. et senē inuisibili medi-  
camento sanauit.

**Explicit liber de charitate**

## Incipit liber de pre- uidencia et contēpla- tione.

**R**ater quidā abiit ad cellā ab-  
batis arsentij in scitbi. et attēdit  
p̄ fenestrā. et vidit senē totū q̄si-  
gnem. Erat aut̄ frater ille vi-  
gnus q̄ talia intueret. Et cū pulsiasset egressus  
est senex. et vidit fratrem illū stupentem  
et dixit illi. Est ne diu q̄ hic pullas. vidisti  
ne aliquid. Et ille r̄ndit ei. Non. Et collo-  
quens cū eo dimisit eū. Dixit abbas da-  
niel qui erat discipul? abbatis arsentij. quia  
narrauerit ei abbas arsentij tanq̄ de aliquo  
alio dicens. puto tñ q̄ de se dicebat. Quia  
cum sederet in cella sua quidā senū. vox ve-  
nit ei dicēs. Veni et oīdam tibi opa h̄m̄.  
Et surgēs exiit et duxit eū in quendā locū.  
et ostēdit ei ethyopem incidentē ligna et fa-  
cientē sarcinā grandē. et tēptabat portare  
eam et nō poterat. et p̄ eo vt auferret sarcinā  
illam ibat itez et incidēbat ligna et addebat  
ad sarcinā. Hoc aut̄ faciebat diuini? Et p̄-  
cedens paululū ostēdit ei hominē rursus

stantē sup lacū ⁊ implentē aquā ex eo. et ef-  
fundentē in cisternā ptusam. q̄ cisterna ip-  
sam aquā itez refundebat in lacū. Et dicit  
ei itez. **V**eni ⁊ oñdam tibi aliud Et ecce vi-  
dit templū ⁊ duos viros sedētes in equis  
⁊ portātes lignū trāsluerum. vnus ḡ vnus  
volebāt autē p̄ ianuā introire in templū et  
nō poterāt p̄pter lignū illud qd̄ in trāsluer  
so portabāt. ⁊ nō inclinātes se vn⁹ p⁹ vnū  
vt fieret lignū illud directū remanserūt for-  
ris extea ianuā templi. Et cum interrogas-  
set quid hoc esset ille r̄ndit ei. **H**i sūt q̄ por-  
tant velut cū supbia iusticie iugū et non hu-  
miliati sunt vt corrigerēt se et hūiliter am-  
bularent in via xp̄i. p̄pter qd̄ ⁊ remanēt for-  
ris a regno dei. Ille autē qui ligna incidit hō  
est in peccatis multis. et p̄ eo vt agat peni-  
tentiam ⁊ subtrahat se de peccatis suis ali-  
as iniquitates adhibet sup iniquitates suas  
**Q**ui autē aquā implet homo est q̄ opa qd̄  
bona facit. sed habet in eis etiā ⁊ mala p̄mi-  
xta. p̄ hoc p̄dit ⁊ bona opa sua. quāpropter  
cōuenit omnē hominē iobriū esse in p̄side-  
randis opibus suis ne inuanū videat susti-  
nere labores suos. **N**arravit iterū  
abbas **D**aniel dicēs. Dixit pater n̄r **A**se-  
nius de quodā sene in scithi q̄ erat magnus  
in hac vita simplex autē in fide. et errauit. p̄  
eo q̄ erat ideota. et dicebat nō esse natura-  
liter corpus xp̄i panē cōsecratū quē sumi-  
mus sed figurā eius esse. **H**oc audientes  
duo senes q̄ diceret hunc sermonē ⁊ scien-  
tes quia magna esset vita eius et puerfatio  
cogitauerūt quia innocenter ⁊ simpliciter  
diceret hoc venerūt ad eū et dicūt ei. **A**b-  
ba audiuimus s̄monē cuiusdā infidelis q̄  
dicit. quia panis quē sumimus nō natura-  
liter corpus christi est sed figura eius. **S**e-  
nex autē ait eis. Ego sum qui hoc dixi. **I**lli  
autē rogabāt eū dicētes. **N**ō sic teneas ab-  
ba. sed sicut ecclesia catholica tradidit. nos  
autē credimus q̄ panis ip̄e corpus xp̄i est  
calix ip̄se sanguis christi s̄m veritatē ⁊ non  
s̄m figurā. sed sicut in principio puluerem  
de terra accipiens plasmavit hominem ad  
imaginē suā. ⁊ nemo potest dicere quia nō  
erat imago dei. Quis de terra et puluere sit  
ita ⁊ panis quē dixit q̄ corpus meū est cre-

dimus quia s̄m veritatē corpus christi est  
**S**enex autē ait eis. **N**isi re ip̄a cognouero  
nō mihi satisficiat rō vestra. **I**lli autē dixē-  
runt ei. **R**eprecemur deū hebdomada hac.  
de mysterio hoc. ⁊ credim⁹ q̄ de⁹ reuelabit  
nobis. **S**enex at cū gaudio suscepit s̄monē  
istum ⁊ des̄cabat deum dicēs. **D**ñe tu co-  
gnoscis qm̄ nō p̄ maliciā incredulus sum  
rei hui⁹ sed p̄ ignorantia errem. **R**euela ḡ  
mihi dñe iesu christe qd̄ verū est. **S**ed ⁊ il-  
li senes abeuntes in cellas suas rogabant ⁊  
ipsi deū dicētes. **D**ñe iesu christe reuela se-  
ni istu mysteriū hoc vt credat ⁊ nō p̄dat la-  
borem suum. **E**raudiuit autē dñs vtrosq̄ et  
hebdomada cōpleta venerūt dominica die  
in eccliam. ⁊ sederūt ipsi tres soli sup sedile  
de scirpo qd̄ in modū fascis erat ligatū. me-  
dius autē sedebat senex ille. **A**perti sunt autē  
intellectuales oculi eoz. ⁊ qm̄ sunt positi pa-  
nes in altare videbat illis tanēmodo tri-  
bus tanq̄ puerul⁹ iacens sup altare. et euz  
extendisset p̄sbyter manus vt frāgeret pa-  
nem descendit angelus de celo habens cul-  
trum in manu. ⁊ sacrificauit puerulū istū.  
sanguinē d̄o eius excipiebat in calicē. **C**uz  
autē frangeret p̄sbyter in paruis ptibus pa-  
nem. etiā angelus incidebat mēbra pueri i  
modicas ptes. **C**ū at accessisset senex vt ac-  
ciperet sanctā cōmunionē data est ipsi soli  
caro sanguine cruentata. **Q**d̄ euz vidisset  
p̄tinuit ⁊ clamauit dicens. **C**redo dñe. q̄  
panis qui in altari ponit corpus tuum est.  
et calix sanguis tu⁹ est. **E**t statim facta est il-  
la caro in manu eius panis s̄m mysterium  
⁊ sumpsit illud in ore agens gr̄as d̄no deo  
**D**ixerūt autē ei senes. **D**eus scit humana  
naturā. quia nō potest resci carnib⁹ crudis  
⁊ p̄pterea trāformauit corpus suū i panē  
⁊ sanguinē in vinū bis qui illud fideliter su-  
scipiunt. et egerunt gratias deo de sene illo.  
quia nō p̄misit de⁹ p̄ire labores eius. ⁊ re-  
uerli sunt ad cellas suas cū gaudio. **S**  
**I**tez ip̄e abbas **D**aniel narravit d̄ alio  
magno sene qui habitauit in inferiorib⁹ p̄-  
tibus egypti. quia diceret per simplicitate  
q̄ melchisedech ip̄e sit filius dei. **H**oc au-  
tem indicatū est sancte memorie cirillo ar-  
chiep̄o alexandrino de eo. et misit ad eum.

# Folium

Sciens aut quia signifer esset ipse senex. et quidquid peteret a deo reuelaret ei. et quod simpliciter diceret hoc verbum vsus est homini ratione dicere. Abba rogo te quod in cogitatione mea est quod melchisedech ipse sit filius dei. et rursus alia cogitatio mea dicit. quod melchisedech non sit deus sed homo sit. et summus sacerdos dei fuerit. Quia ergo desiro de hoc. idcirco mihi ad te ut depreceris deum quatenus tibi reuelare dignetur de hoc quid veritas habeat. Senex autem de conuersione sua presumens cum fiducia dixit. Da mihi tres dies inducias et ego deprecor deum de hac re. et renuncio tibi quod mihi fuerit reuelatum. Intra ergo in cellam suam deprecabatur deum de verbo hoc. et veniens post tres dies dixit sancte memorie cyrillo episcopo. Homo est melchisedech Archiepiscopus tradidit ei. Quod constat apud te abba. Et ille dixit ei. Deus ostendit mihi omnes patriarchas. ita ut singuli eorum coram me transiret ab adama usque ad melchisedech. et angelus mihi assistens dixit. Ecce iste est melchisedech. et ideo archiepiscopus certus esto. quia sic est. Absens autem senex per semetipsum predicabat quia homo esset melchisedech. et gaudius est magnifice sancte memorie cyrillo episcopo. Puer erat adhuc sancte memorie effrem. et vidit somnium siue reuelationem. quod nata sit vitis in lingua eius et creuit et impleuit totam terram fructifera nimis. et quod veniret omnia volatilia celi et comederunt de fructu vitis illius. Quantum autem manducabant eo amfantes implebant fructu. Itaque vidit quidam pluitorum in somniis ordinem angelicum descendente de celo secundum preceptum dei habentem in manu librum hoc est thomam scriptum intus et foris. Dicebant autem ad inuicem. Cui debet committi hoc. quidam dicebant illi. alij autem dicebant de alio. Responderunt autem et dixerunt. Vere vtrique quidem sancti sunt et iusti quos dicitis. verum tamen hoc eis committi non potest. Multa enim etiam alia nomina sanctorum dicentes. postea dixerunt. quia nemini potest hoc alteri committi nisi effrem. Et vidit senex ille cuius in somniis apparuit quod effrem dederunt thomam illum. Mane autem surgens audiuit effrem docentem et velut fontem ebullientem de ore ipsius. et cognouit senex qui somnium viderat quod spiritus sancti est orator

ratio quod egrediebatur de labijs effrem.  
**N** Dicebant de abbate zenone. quod cum moraretur in scitibi erigit nocte de cella sua velut ad paludem. et cum errasset fecit tres dies et tres noctes ambulans et laborans. et cum defecisset cecidit semianimum. Et ecce puerulus stetit ante eum habens panem et fursiculum aque et dicebat ei. Surge manduca. Ille autem surgens orauit existimans quod fantasma esset. Puer autem respondens dixit ei. Bene fecisti. Surgens ergo accepit et manducauit. et post hoc dixit ei. Quantum ambulasti tantum longe es a cella tua. sed surgens sequere me. Et statim inuentus est in cella sua. Dixit ergo ei senex. Veni intra et da nobis ordinem. Et cum intrasset senex ille subito non comparuit. Dicebat abbas iohannes. quia vidit quidam senum in excessu mentis tres monachos stantes trans mare. et facta est vox ad eos ex alia parte litoris dicens. Accipite alas igneas et venite ad me. Et duo quidem ex eis acceperunt alas et volauerunt ad aliud litus. unde facta est vox. tertius vero remansit et flebat fortiter et clamabat. Postea vero date sunt et ipsi alae non igneae sed infirmas et debiles. ita ut cum omni labore mergendo et resurgendo nimis afflicti veniret illuc. Sic est et generatio haec. Quae si accipit pennas non tamen igneas sed vit infirmas et debiles potest accipere.  
**A**bbas Zacharius habitabat in loco nimis deserto. Erat autem solus in eo solitarius. in inferiori vero parte erat alia solitudo. in qua habitabant fratres plurimi. Observabat autem senex ad iter et vidit satbanam venientem in habitu hominis ut praesiret per celam eius. Videbat autem quasi tunica cum vtriusque linea omnino vetusta et tota cribrata et per omnia foramina eius pendebant ampulle. Et dixit ei senior. Ohe maior: vbi vadis. Et ille respondit. Vado commouere fratres. Senex autem dixit ei. Ad quid tibi ampulle iste. Et dixit. Gustum fratribus porto. Et dixit ei senex. Et omnes ad gustandum totas ampullas cum gustu portas. Et respondit. Etiam. Et si vni alicui non placet offeram aliud. Si autem nec illud dabo tertium. et sic per ordinem omnibus oblatio fieri non potest nisi vni vni

placeat ex eis. Et cū hoc dixisset trāsiit. Et obiurabat senex custodiēs vias donec ille iter remearet. Et cū vidisset eū dixit ei. **Sanus sis.** Et rēdit ei. Unde mihi salus. Et dixit ei senex. **Quare.** Respondit. Quia mō omnes sanctificati sunt et nemo mihi acquiescit. Et dixit ei senex. **Neminē gāmit cum habes illic.** Et ille rēdit. **Unū tūmodo fratrem habeo ibi et ipse mihi solus acquiescit.** et quā videt me conuertit ad me velut ventus. Senex vero dixit ei. **Et quis vocatur frater ille.** Rēdit **Theoctiscus.** Et cū hoc dixisset ptransiit. Surgēs autē abbas **Machari** prexit ad inferiorē heremum. Quō cū audissent fratres acceperūt ramos palmarū et occurrerūt ei obuiā. et singuli eorum parabat cellas suas incerti ad quē declinaret. Senex autē inquirebat quis inter eos **Theoctiscus** vocaret in loco illo. Et iueniens eū intrauit in cellā eius. **Theoctiscus** ergo suscepit eū gaudēs. Cū ergo cepissent secrete loqui dicit ei senex. **Quō ē circa te frater.** et rēdit. orationibz tuis bene. Et dixit senex. **Ne impugnat te cogitationes.** et ille rēdit. interdum bene sum. Erubescibat eū dicere ei. Et dixit ei senex. **Ecce quot annos habeo in cōuersione loci isti?** et omnes honorat me. et tū in hac senectute infestus est mihi spūs fornicatiōis. Et rēdit **Theoctiscus** dicēs. **Crede abba et mihi.** Senex autē simulabat alias quoq; cogitationes sibi esse molestas donec faceret illum cōfiteri. deinde dicit ei. **Quō ieiunas** et ille dixit ad nonā. Dicit ei senex. **Ieiuna vsq; sero et abstine et cōmenda euāgelia ut memoriter retineas ea.** et alias residuas ex animo meditare scripturas. et si tibi aliquid cogitatio mala nunq; deorsum aspicias sed sp̄ sursum. et statim te dñs adiuuabit. Et senex corrigens fratrem illū reuersus est in solitudinē suā. Et cū iter obseruaret vidit iter demonē illū et dicit ei. **Ubi vadis iter.** Et ille rēdit cōmonere frēs. Et abiit. Dū autē reuertere dicit ei senex. **Quō sūt fratres illi.** et ille rēdit. male. Senex autē dixit. **Quare.** et ille rēdit. Quia omēs sancti sunt. et minus malū. q; et unū quem habui amicū obediētē mihi. etiam ipse nescio

unde subuersus est. et nec ipse acquiescit mihi sed omnibz sanctior factus est. Et p̄p̄rea iuravi iā nō ambulare ad illuz nisi post multū tempus. Et hoc dicēs trāsiit relinquens senē. Senex vero intrauit in cellam suā adorās et gratias agens deo. **Abbas machari** volens psolari fratres dicebat. **Venit huc aliqui cū matre sua puer qui a demonio vexabat.** et dicebat mēi sue. **Surge eamus hinc.** Illa autē dicebat. non possum pedibz ambulare fili. et dicebat ei filius eius. **Ego te porto.** et admirat sum astutiā demonū. quō eos exinde fugare volebat. Dicebat iterū de psolatione scitibi ad fratres. **Quā videritis cellā edificatam iuxta paludem scitote quia p̄p̄e est desolatō scitibi.** Quā autē videritis arbores iā ante inuam est. Quā vero videritis pueros tollite melotes vestras et abite. **Abbas moyses** qui habitabat in petra impugnatus est aliqui a fornicatione. et cū nō p̄ualetet tenere se in cella prexit et indicauit hoc abbati **Isidoro.** et rogauit eū senex vt reuertetur in cellā suam. Ille autē nō acquieuit dicēs. **Non possum abba.** et sumpsit et leuauit euz secum in domū. et dixit ei. **Attēde ad occasum.** et attendēs vidit multitudinē demonum. et hi cōfusi erāt et turbantes se ad pugandum. Dicit ei iterū abbas **Isidorus.** **Respice ad orientē.** et attendit et vidit inumerabilē multitudinē angelorū in gl̄a. Dixit autē abbas **Isidorus.** **Ecce isti sunt qui missi sunt ad auxiliandū sanctis.** qui v̄o ad occasum ascendunt hi sunt qui impugnat nos. **Plures ergo sunt qui nobiscū sunt q; qui aduersum nos sunt.** et ita agens gratias deo abbas **Moyses** sumpsit fiducia. et reuersus ē in cellam suā. **Dixit abbas moyses** i scitibi. **Si custodierim mandata patrū n̄or ego p̄sumens de deo spondeo vobis q; barbari huc non venient.** Si autē non custodierimus desolatus est locus iste. **Sedentibz aliqui fratribz apud eundē abbatē moysen** dixit eis. **Ecce barbari hodie in scitibi veniēt. sed surgite et fugite.** Dicit ei illi. et tu nō fugies pater. Ille autē dixit eis. ego p̄ tot annos expecto diem istuz. vt impleat p̄mo dñi mei iesu ch̄risti dicētis

# Jolium

Omnes qui accipiunt gladium gladio peribunt. Alij autem dixerunt ei. Neque nos fugiemus sed tecum moriemur. Et dixit eis. Ego causam non habeo. unusquisque vestrum videat quod steterit. Erant autem septem fratres cum eo. et dixit eis. ecce barbari appropinquant ianite. et statim barbari intrantes occiderunt eos. Unus autem ex eis timore carnali perterritus fugit et abscondit se post plectas de palma. et septem coronas vidit descendentes et coronantes abbatem Moysen. et sex fratres qui cum eo erant interfecti. Dicebant de abbate silvano quod voluit aliquando peregrinare in syriam. et dixit ei discipulus suus marcus. Pater noli exire hinc sed neque ego dimitto te abire. expecta ergo hic alios tres dies. et cum expectaret abbas tertia die dormiuit in pace marcus discipulus eius. Dicebat abbas Johannes qui exulatus est a marciano. quia venimus aliquando de syria ad abbatem pastorem et volebamus eum interrogare de duricia cordis. Senex autem grece nesciebat neque interpretes inueniebat. Videns autem nos senex tribulatos cepit greca lingua loqui dicens. Natura aequum molliis est: lapideis autem dura. Et si vas aqua plenum pendeat supra lapidem. ex quo assidue stillans gutta cadat in lapidem perforat eum. ita et sermo diuinus leuis est. cor autem nostrum durum. Audiens ergo homo frequenter diuinum sermonem aperitur cor eius ad timendum deum. Dixit abbas pastor. Scriptum est: quemadmodum desiderat cervinus ad fontem aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Si cut ergo cervini in solitudine serpentes plurimos glutunt. et cum veneno eorum accensi fuerint. ad aquas pervenire desiderant. ita et monachi in solitudinibus habitantes accenduntur demonum malignorum veneno. et propterea desiderant sabbato et dominica die venire ad fontem aquarum. hoc est ad corpus et sanguinem domini nostri iesu christi ut purgentur ab omni amaritudine demonum malignorum. **I**nterrogavit aliquis fratrem abbatem pastorem dicens. Quid est quod scriptum est. Non reddas malum pro malo. Dixit ei abbas Pastor. Hec passio quattuor modos habet. Primum de corde secundum de aspectu. tertium de lingua. quartum non reddere malum pro malo. Si enim pro-

averis purgare cor non venit ad aspectum. custodi etiam ne loquaris. Si autem et locutus fueris cito corripere ne facias malum pro malo. **N**arrauit sanctus Basilius episcopus dicens. Fuit in quodam monasterio feminarum quidam virgo que stultam se esse ac demone habebatur. que adeo ab omnibus alijs honoribus habebatur. ut nec cibum quidem cum ea caperent. Talem quidem elegerat vitam ut a coquina nunquam recedens totum illic monasterii officium impleret. Et erat secundum vulgare proverbium universale domus spongia impletum a se rebus probans quod in sanctis libris scriptum legitimus. Si quis inquit ex vobis putat se sapientem esse in hoc mundo. sit stultus ut sapiens fiat. Hec igitur involutum pannis habebat caput. ita quoque omnibus sermonebat. cetera autem virgines tonse cucullis cooperiunt. Nulla aliquando potuit habere de quadragesimis virginibus videre aliquando manducantem. nunquam pro ore eius suum sedit ad mensam. Nulla vel modicum partem panis accepit. sed micam tantum detergens mensam et ablues ollas. his solis alimoniam contenta vivebat. nulli unquam fecit iniuriam. nulla personarum ipsius murmur audivit. nulli aut partem aut fatum unquam locuta est. Et certe cum ab omnibus cederetur cum omnium viveret odio maledicta omnium subsisteret. sancto patrum prebationissimo viro semper in deserto viventi. assistit angelus domini quadam die sedenti in loco qui dicitur porphirite. affatusque est eum his verbis. Cur inquit grande aliquid te esse credis ut sanctus. et in huiusmodi degens loco. Vis videre mulierem sanctiorē te vade ad tabernensiotarum monasterium feminarum. et una ex eis illic inuenies in capite habentem coronam. ipsamque agnosce te esse meliorem. Que dum protra populum tantum sola diebus ac noctibus pugnat cor ipsius a deo nunquam recessit. Tu autem in uno loco residens neque quoquam aliquid quando progrediens pro omnibus verbis animo et cogitatione vagaris. Statimque ad predictum monasterium venit. et magistros fratrum rogavit ut introducerent eum ad habitaculum feminarum. Quae mox illi et vita gloriosum et etate proveciores videtes cum fiducia magna introduci fecerunt. Ingressus autem desideravit omnes sorores inspicere inter quas sola illa propter



quā venerat nō videbat. **A**it autē ad postre-  
mū. **O**mnes inquit mibi adducite. deesse  
eū mibi videtur aliqua ex vobis. dicit ad  
eum. **U**nā ad huc stultā habem? intrinsec?  
in coquina. **S**ic effi eas que a demone vix  
antur appellat. **A**t ille **E**xhibete inquit ipam  
ad me vt eā videā. **Q**uo audito sup̄ memo-  
ratam vocare ceperit. **Q**ue cū nollet audi  
re sentiens vt credo aliqd. aut fortassis hoc  
ipsum diuina reuelatōe cognoscens dicit  
ei. **S**āct? pyter? desiderat videre te **E**rat  
enim vir magnus fama et noīe. **C**ūq; ad eū  
fuisset adhibita vidissetq; panno frontē ipi  
us inuolutam picit se ad pedes eius dicens  
**B**enedic me inquit. **Q**ue similiter ad ipi?  
pedes se picit dicens. **T**u benedic me do-  
mine. **O**mnes autē sorores obstupuerūt sil-  
dicētes. **N**oli abbatē talē iniuriam sustinere  
fatua est em̄ ista quā cernis. **T**unc sanctus  
pyterius ipsis omnib; ait. **C**los inquit estis  
fatue. nā hec vestra et mea nonna est **S**ic ei  
vocant illi feminas spūales. **E**t de p̄cor de-  
um ait. vt dignus ipa in die iudicij merear  
inueniri. **Q**uo audito omnes simul ad pe-  
des ipsius p̄ciderūt. singule se peccasse i eā  
varijs modis cōfidentes. **T**erbi grā. **A**lia ei  
abluens sordes cathini supra eaz se fudisse  
dicebat. **A**lia vero colaphis eam a se verbe-  
ratam sepe memorabat. **A**lia nares ipsius  
synape impletas a se esse desiebat. **C**etera  
quoq; diuersas referebant se ei iniurias ir-  
rogasse. p̄ quibus omnib; sanctus ille fuis-  
set deo precibus egressus est **P**ost paucos au-  
tem diēs illa nō ferens tantā gloriā. tātoq;  
se nolens honore soroz; cumulari granatq;  
se credens excusationib; singulorū egressa  
de monasterio illo occulte quo ierit in que-  
se miserit locū. v̄l quo fine defecerit ad nul-  
lus potuit noticiam puenire **S** **C**e-  
ate memorie paulus simplex discipulus ab-  
batis anthonij narrauit patrib; talem rem  
q; aliquē veniēs in monasteriū visitandi gr̄-  
tia et p̄ fratrū instructiōe post psuetā ad in-  
uicem cōsolationem intrauerit eccliam dei  
missas more solito celebrare. **B**eat? q; pau-  
lus intuebat ad vnūquēq; introeuntiu in  
eccliam quali aio intraret. **H**abebat em̄ et  
hanc gratiā sibi datam a deo vt sic videret

vnūquēq; cui? animi esset. sicut nos faci-  
es nostras videmus ad inuicem. **I**ngredi-  
entibus ergo omnibus clara facie et splendi-  
do vultu. sed et vnūscuiusq; angelo gaudē-  
te vnū vidit nigrū et obscurū corpe toto  
et demones ex vtrac; pte tenentes et trahē-  
tes eum ad seiplos. et capistrū in naves ei?  
mittentes. sanctū vero angelum eius delon-  
ge lugubrem: tristemes sequentē. **P**aulus  
vero lacrimans et manu frequēter pectus  
tundens sedebat ante ecclesiam: plorās eū  
valde qui ei talis apparuerat. **Q**ui autem  
videbāt qd faciebat. et tam subitā eius mu-  
tationē ad lacrymas et ad luctū interro-  
gabant rogantes eum qd videret. timētes  
ne quid in reprehensione omnium vidisset. p̄  
quo bec faceret **P**ostulabāt etiā vt ad mis-  
sas intraret cum eis. **P**aulus autē repellēs  
eos et negās se ingressurum: sedebat foras  
ianuam tacēs et plorans nimis eū qui ei ta-  
liter apparuerat **P**ost paululū autē dimisso  
ecclesie conuentu iterū intendebat singulos  
exeuntes vt quorū introitū agnouerat sci-  
ret quales exirent. **E**t ecce vidit illuz vir?  
nigrum et obscurū toto corpe p̄? creuntē  
ab ecclesia: clarum quidē vultu. candidum  
vero corpe. demonel autē qui ante eum tene-  
bant postea delonge sequentes. sanctū vero  
angelū iuxta ipm ambulantē letū et p̄mptū  
et gaudentē sup eum valde. **P**aulus vero  
exiliēs eū gaudio clamabat b̄ndicēs deū et  
dicēs. **O** ineffabilis dei misericordia et be-  
nignitas. o diuitie miseratōis eius et innum-  
merabilis bonitas. **C**urrēs autē et ascendēs  
sup altū gradū magna voce dicebat. **V**eni-  
te et videte opa dñi q̄ terribilia sunt et om-  
ni stupore digna. **V**enite et videte eum qui  
vult omnes homines saluare et ad agnitōz  
veritatis venire. **V**enite adoremus et pro-  
cidamus ante eum. et dicamus. q; tu solus  
potens es peccata dimittere **A**d hāc vocē  
eius omnes solliciti cucurrerūt cupientes  
audire que dicebat. **E**t cōuenientib; oibus  
referebat **P**aul? que vidisset anteq; eccle-  
siam intrarēt. et que postea. et interrogabat  
virū illū vt diceret ei causam. p̄ qua ei tan-  
tam subito immutationē deus donauerit.  
**H**omo ergo ille conuictus a paulo coram

omnibus quae circa ipsum erant aperte narrauit dicens. Ego homo peccator sum et multo tempore in fornicatione vixi usque nunc. ingressus autem modo ecclesiam dei: audiui vocem Isaie. prophete cum legeret. magis autem vocem dei loquentis in eo. ubi dicit. lauamini: mundi estote auferte malum de animabus vestris coram oculis meis. discite bene facere. et si fuerint peccata vestra tanquam fenitium velut nix dealbabitur et si volueritis et audieritis me bona terre manducabitis. Ego inquam fornicator et bester mone compunctus sum nimis. et ingemiscens intra conscientiam meam dixi ad deum. Tu deus qui venisti in mundum peccatores saluos facere. et quae haec modo lecta sunt per prophetam promissisti comple effectum et ope etiam in me indigno peccatore. Ecce enim amodo permitto tibi et spondeo sermonem et confiteor corde quod ab hodie iam non ero fornicator. sed abrenuncio fordidibus seculi et seruo tibi amodo in conscientia munda. hodie ergo domine et in hora hac suscipe me penitentem et interpellantem te. et reuertentem omne peccatum. In his igitur promissis omnibus ait egressus sum de ecclesia. statuens in animo meo nihil ultra agere mali coram oculis domini. Quod cum audissent omnes clamauerunt una voce ad dominum dicentes. Quae magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti. Quapropter hoc cognoscetes christiani de sanctis scripturis et diuinis revelationibus quantum deus habeat bonitatem circa eos qui ad eum deuote confugiunt. et per penitentiam emundant priora delicta quod non solum non coguntur penas exoluere pro peccatis antea commissis. verum etiam consequi bona promissa. Non ergo desperem de nostra salute. quod si cut per Isaia prophetam promissit dominus eos qui peccatis inuoluti sunt lauare. et sicut lanam albam et niuem dealbari et bonorum celestium que in ciuitate celestis hierusalem sunt repleti. ita et nunc iterum per sanctum ezechielem prophetam iureiurando promissit dicens. Viuo ego inquit dicit dominus quod nolo mortem peccatoris sed magis ut uertatur et uiuat.

**Q**uod de greco in latinum translulit per lagius dyaconus romane ecclesie Et ab hinc deorsum Johannes eiusdem ecclesie subdiaconus.

